da cōpleta vidit colūbam intrare in os suum. Sʒ istud
nemo trahat in exemplum. ꝙ velit et possit sic facere et
in gratiam redire· Nam sicut psal. dicit. Judicia dei abis-
sus multa. Exemplum Narrat enim Cesarius ꝙ
in quadam villa dioche. Traiecteū. Mulier quedam
pedes suos pelui imponens. et extra illaʒ retrorsum sal
tans ait. Hic salto de potestate dei in potestatem dyabo
li. quam dyabolus mox rapiens et in aere multis vidē
tibus sustollens abduxit. que postea nusꝙ comparuit
Nos vero casu aliorum edocti et cautiores effecti adhe-
reamus patri nostro qui nos fecit et creauit. quatenus

nobis adherens nunq̄ nos deserat. Ipso prestante qui est benedictus in secula. De alijs modis dei paternita-tis dicitur in sermonibus sequentibus.

Sermo quintus.

Iso qualiter sit deus pater noster ratione creatiōis Videndum est qualiter sit pater ratione guberna-tionis Patrum enim est gubernare filios. et dirigere vt bene viuāt. Deus igitur sicut generaliter est omniū rerū creator. sic est earum gubernator. Unde Boecius pri-mo de ꝯsolatione philosophie metro ix. dicit Omnia certo fine gubernans. Item idem in iij libro metro ix. dicit. O qui perpetuum mundum ratione gubernas: Cui ꝯsonat illud Sapieñ. x iiij. Tu autem pater guber-nās cūcta prouidentia. et idcirco deus dicit esse vnicus princeps mūdi omnia bene disponens. Unde Aristote-les. xij. metha. dixit. Entia nolunt male disponi. nec est bona pluralitas pncipū vnus ergo princeps hec ille. Et qz ipse vnicus est princeps omniū et optimus rector ideo omnia recte fiunt Iuxta illud Boecij. iiij. de cōso-latione psa. v. dicens. Nec miruz si quid ordinis igno rata ratiōe temerariū ꝯfusumq; credat Sed tu q̄uis cau sam tante dispositionis ignores. tñ quoniā bonus mū dum rector temperet recte fieri cuncta ne dubites hec ille Ac si velit dicere Quāuis nos ignoremꝰ occulta dei iu-dicia et abissuz causarū. scd̄m quas et ꝑpter quas deus sic et sic entia disponat tñ quantū ad ipm spectat omnia bñ disponunt et gubernant Nec tñ ꝑpter hoc petōr excu sat de petō. Nā lz hoc deus fieri ꝑmittat in suo regimie ꝑpter aliquod bonū nobis ignotū. homo tamē hoc ex sua malicia ꝑpetrat Quis eñi dubitat passiōez xpi fuisse bonā ex pte xpi q patiebat et salubrē nobis pro qbꝰ pa-tiebat et tñ eos grauissime peccasse a quibus patiebat.

Deus est pater noster ratione gubernationis

Passio xpi pro quantum fuit bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et notandū ꝙ eadem virtute res create in suo esse cōseruantur. et debite gubernanť qua sunt create. Et sicut nulla creatura seipsaȝ aut aliā quācunqȝ simpliciter creauit. sic nec seipsam aut aliā quātuncqȝ in suo esse cōseruare potest nec ad vltimatū finem dirigere. Hinc est ꝙ si deus suā pñtiam et virtutē conseruatiuā alicui rei substraheret in instanti talis res desineret esse. et in nihilum redigereť. et scd̄m hunc sensum deus dicitť habere curam omniū rerū. iuxta illud Sapieñ. xij. Non est alius deus ꝙ̄ tu cui cura est de oībus. Et qꝛ deus hominē pre ceteris creature hui⁹ mūdi inferioris nobiliorē et ad meliorē finē creauit. ideo videť ꝙ maiori cura vł diligētia hominē gubernet et cōseruet et in finem suū debitū dirigat In signū huius ꝑ solis hominib⁹ saluandis et in ꝑpetuuȝ beatificandis voluit incarnari et mori. Non ꝙ habeat vł habuerit maiorem laborē quo ad suā deitatē in gubernatiōe vel saluatiōe hominis ꝙ̄ alterius creature sed qꝛ affectualiter plus fecit pro bono esse hominis ꝙ̄ alterius rei. Notandū est igitur ꝙ quatuor sunt q̄bus deus gubernat suas creaturas et pc̄ipue homines. s. potentia. sapientia. iusticia. et misericordia. Primo dico ꝙ de⁹ potēter gubernat hoīes saluauit qñ ipe fortis et potēs in ꝑlio humanū genus de manu potētis inimici liberauit. et hoc psal. ꝓuidens fore futurū predixerat ꝓphetali certitudine quasi ꝓteritū dicens. Saluauit eos propter nomē suum vt notā faceret potentiā suam. Nec tamē dominus vsus fuit ex sua potentia ꝯtra dyaboluȝ quasi vim sibi faciens aut inferens sed quasi iuste ipm vincēs et ꝯsternēs. De hac potentia dei in humano genere psal. dic̄. Cōfiteanť tibi domine omnia opa tua et sancti tui benedicant tibi: Gloriā regni tui dicent et potentiam tuam loquentur. vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam. Item deus ne derelinquas me donec annunciem brachium tuuȝ generationi omni q̄

ventura est potentiā tuā et iusticiam tuam. Item de- 5
potenter hominē custodit et a malo preseruat. Nam ho
stis noster lȝ sit victus a domino nō tamē cessat hominē
impugnare. vt ipsuȝ deijciat et ꝑdat in cōtumeliā sui cre
atoris Sed deus hominē protegit sicut gallina pullos
sub alis. Unde psal dicit. Sub vmbra alarū tuarum
ꝓtege me. Iteȝ psal. In vmbra alarū tuarū sperabo do
nec transeat iniquitas.i.donec cesset iniqui hostis impu
gnatio. Item in velamēto alarū tuarū exultabo. adhe-
sit anima mea post te. me suscepit dextera tua. Ipsi vero
scȝ maligni spūs inuanū quesierūt animā meam. Sub
alis enim dei anima tuta est et secura nec alicui⁹ hostis
incursum timere habet quādiu se sub illius alis ꝯstāter
tenuerit. Currat ergo anima ad deum quādocunqȝ im-
pugnat vt ibi ꝓtegatur dicens fiducialiter cū psal. Pro
tegat in velamēto alarū tuarū ne forte extra alas ꝓtecti-
onis diuine reperta ab hostibus deuoret. Sicut pullus
videns miluū. si nō currat ad alas galline. a miluo ra-
pitur et abducitur. Item deus potenter hominē conser-
uat sicut Esdras dicit. Ego ꝯfortat⁹ manu domini dei
mei qui erat in me.i. Esdre. vij. Ideo psalmista bene di
cit: Viriliter agite et ꝯfortetur cor vestrū omnes qui spe
ratis in dn̄o Nam qui sperat in domino qui ꝯfortabit
ab eo sicut.ij. pali.xiij. dicitur. Vehementissime cōforta
ti sunt filij iuda eo ꝙ sperassent in domino deo patrum
suoꝝ. Qui eniȝ sperant in domino mutabunt fortitudi-
nē vt dicit Ysa.xl. Sic ꝯfortatus fuit apostolus potēti
manu dei qui dicit ad Phil. vltimo. Omnia possum in
eo qui me ꝯfortat xp̄s: Secundo principaliter dico ꝙ Sapiā dei gubernamur
deus sapienter gubernat hominem. Nam licet omnia
per sapientiam creauit. iuxta illud psal. Omnia in sapiē
tia. fecisti et omnia per sapientiam disponat ac guber-
net Iuxta illud Sapien.xiij. Sapientia attingit a fine
vsqȝ ad finem fortiter et disponit omnia suauiter tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

specialiter sapienter ymmo sapientissime hominem gu-
bernat Et licet deus in multis hominē sapienter guber-
net et regat tamen sapientiam regiminis sui. in hoc vno
cōsiderare possumus. s. ꝙ homo nullam habet certitu-
dinem status sui. Ignorat enim homo tria de statu suo
Primū est ꝙ nescit vtrum de facto vel de pñti sit in grā
dei vel extra eam. Unde Eccle. ix. dicitur. Nescit homo
vtrum amore an odio dignus sit. Qui eniꝫ in gratia dei
est ab ipso amatur. et qui extra gratiā dei est ab ipo quo
dāmodo videtur odiri. Oditur autem a deo tali modo
quali deus odire dicitur quod reprobat vel quod ei dis-
plicet. Sicut Sapieñ. xiiij. dicitur Similiter sunt deo o-
dio impius et impietas eius. Secundum est quod nes
cit quo fine debet vitam suaꝫ terminare. s. quo loco quo
tempore quomō et in quo statu. Unde Eccle. ix. dicitur
Nescit homo finem suum. i. finem vite sue ſꝫ sicut pisces
capiuntur hamo. et aues comꝓhenduntur laqueo. i. im-
prouise. sic capiuntur homies tēpore malo. i. hora mor
tis. cum eis extimplo. i. subito superuenit. Tertium ē
ꝙ nescit quo iudicio sit iudicandus. i. vtruꝫ finaliter sal
uandus vel damnandus eo ꝙ bonus. si circa finem a-
uerterit se a bono ad malnm damnetur. et malus si añ
finem conuertat se a malo ad bonum saluetur. Exem
plum' De Iuda quo ad primuꝫ qui cadens de sacra-
tissimo apostolorum collegio damnatus fuit. Et ex em
plum quo ad secundum de latrone suspenso cum domi
no. qui de latrocinio sumptus et suspensus fuit saluatꝰ.
Bene ergo psal. dici. Iudicia tua abyssus multa. Sed
queritur quomodo in his appareat. deum sapienter re-
gere hominem ꝙ ipsum facit ignorare statuꝫ suum siue
presentem siue futurum Respondetur ꝙ hec ignorātia
est maxima causa timendi deum et semper esse pauiduꝫ
per quem timorem vel pauorem homo declinat a malo
et feruens sit ad bonum. Quis enim sane mentis debe

Tria hō ignorat de statu suo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

at esse liber ad peccandum aut segnis ad bene agendum si cõsideraret hmõi incertitudinem sui status. Et per oppositum si homo certus esset de longa vita aut bona morte aut finali salute forte minus timeret deum. minꝰ caueret peccata. minus formidaret futura mala et minus curaret bene operari. Tertio principaliter dico ꝙ deus iuste siue per iusticiam gubernat hominem. Absit enim vt ille iustissimus et equissimꝰ rex aliquid iniuste faciat in suo regimine. de quo psal. dicit. Justicia tua iusticia in eternuȝ. Jtem iustus dominus et iusticias dilexit. et sic de alijs. Apparet autem iusticia dei in regimine hominũ. in hoc ꝙ nõ relinquit malos impunitos. aut bonos irremuneratos. Vñ Bocciꝰ. iiij. de ꝯsolatiõe· ꝓsa prima dicit. Cognosces semper potentes esse bonos. malos vero abiectos semp et imbecilles. nec sine pena vnꝗ ẽe vicia. nec sine primio virtutes. bonis felicia. malis semper infortunia cõtingere. Pro quo notandum ꝙ ex diuina iusticia: preter penam futurã vicijs debitã mali semper ad intra gerunt penam occultã. quia omne malum sapit vel saporem habet. ex origine sua mala et prelibare facit perpetuuȝ malum. ad quod tendit et ad quod trahit. Et peccator semper habet penam ex remorsu cõsciencie sue. qui est quasi vermis intrinsecus rodẽs et nunꝗ moriens. Boni vero per oppositum preter gloriam ꝗ in futuro possidebũt. semper intrinsecus gerunt quãdam spũalem leticiam. quia omne bonum ex origine sua. que deus est dulciter sapit. et pregustare facit illam dulcedinem ad quam tendit et ad quam trahit. Et bonus homo quietem et pacem habet ad intra. eo ꝙ cõsciencia sua nõ remurmurat aliçi malo et cõgratulatur bono. Quarto pricipaliter dico ꝙ deꝰ mĩsicordit̃ siue ꝑ suã miaȝ gubernat hoieȝ Vñ Sapieñ xv. dicit̃ Tu aũt deꝰ nr̃ suauis et verꝰ es patiẽs et in mĩa disponẽs oĩa ipe nãꝗ miſẽt̃ tanꝗ pr̃ demẽs et patiẽs. iuxta illõ psa.

de bonis et malis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Quomodo miseretur pater filiorum misertus est domi-
nus timentibus se. quoniā ipse cognouit figmentū no-
strū Remittit enī misericorditer offensā. immittit grā
et pmittit gloriam. Unde non immerito dicitur pater
misericordiarum iuxta illud apl'i. Benedict⁹ deus et pr̄
domini nostri Ihesu xp̄i pater misericordiarū etc̄. Ad
thess. primo. Et licet illa verba scripta sint ad litterā de
patre celesti. non tamen estimendum est minorem esse
misericordiā in filio vel in spū̄ sancto ꝙ̄ in patre. cū ipa
rum psonarū. sicut vna est substancia sic et vna ipsarū
est misericordia. Nec solum deus nobis est misericors
vt pater sꝫ etiam vt mater. iuxta illud Ysa. xlix. Nunqd
obliuisci potest mulier infantē suū. vt nō misereatur fili
o vteri sui Et si illa oblita fuerit. ego tn̄ nō obliuiscar tui
ait dominus omnipotens Et est notandū ꝙ lꝫ pater
diligat filium suum et eius misereatur. cōmuniter tamē
mater maiori affectiōe inclinatur naturaliter ad filiū ꝙ̄
pater. Cuius causa naturalis est q꞉ mater filiū portauit
in vtero. et ppinquius cordi ꝙ̄ pater. Item cū pena pe
perit et cum cura et sollicitudine magna fouit. Item ma
gis certa est de filio ꝙ sit filius suus ꝙ̄ pater. Deus igit̄
non solū vt pater sed etiam vt mater miseret̄ filiorū suo
rū et cōpatitur eis ipsosq꞉ cōsolatur. Ideo Ysa. vltimo
dicitur. Queādmodum mater consolatur filios suos.
ita et ego ꝯsolabor vos Ex predictis nunc satis apparet
quomodo deus regat et gubernet homines tanꝙ̄ pater
filios per ista quatuor que sunt potentia. sapientia. iusti
cia. et misericordia. Ex quibus tria prima bene conside
rata generant in homine timorem domini. Nā cōside-
rando ꝙ ipse est potens. cuius potentie nemo potest re-
pugnare ꝙ ipse est sapiens cuius sapiētie nemo potest
respondere ꝙ est iustus cuius iusticiam nemo potest cor
rumpere. non immerito quilibet dicere potest illō Hie.
x. Quis non timebit te o rex gentium Ipse nāq꞉ per po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

tentiam omnia complectitur. et quasi in manu cōcludit. Per sapientiam omnia scrutatur. et quasi oculis videt et discernit Per iusticiam omnia diiudicat et quasi per libram ponderat. In dei ergo gubernatione potentia ē latissima. sapientia est ꝓfundissima. et iusticia equissima. Quartum vero p̄dictorum id est misericordia generat spem. Nam qnātum cunctꝫ p̄dicta tria. s. potentia. sapientia. iusticia terreant et timorem incutiant. tamē misericordia cōsolatur et spem infundit Nec valet timor sine spe. ne trahat in desperationem. Nec spes sine timore ne leuet in p̄sumptionem. Sic igit̄ deus gubernat hominē vt in timore et spe viuat. quatinus hinc timor spem ne p̄sumat humiliet. et illinc spes timorē ne nimis cōtristet moderetur. Et vt sic homo in timore et spe ambulans a recto tramite non deuiet sed directe incedens deo placeat. Beneplacitum est enim domino super timentes eū. et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut dic̄ ps̄a. Et licet potentia. sapientia et iusticia dei sit semper habenda pre oculis tam in vita actiua q̄ꝫ contemplatiua. ad misericordiaꝫ tamē dei est semp recurrendum a quocunqꝫ homine siue iustus sit ille siue peccator Ipse enim clementius cōpatitur. dulcius succurrit. et fidelius subuenit miseris ad eam cōfugientibus. Nam nullū miserum abiicit nullum desolatum contemnit nullum afflictum sine cōsilio vel adiutorio relinquit. De hoc scribit magister Alexander episcopus vindocinens̄. in postillis suis dicens. Exemplum Erat quidam scolaris studij bononiensis scelerbus deditus. cui videbatur in visione q̄ꝫ imminente magna et graui tempestate ipse in campo magno erat. et videns a longe domum: ad illaꝫ celeriter fugiebat et videns eam et clausaꝫ inueniēs. pulsabat ad ianuam petens vt intromitteretur. Cui domina domus abintus respondit Ego sum iusticia que hic habito. tu qui non es iustus hic intrare non poteris. Cū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

autem sic exclusus maneret vidit aliam domuz ad quaz cum circuiisset et pulsasset. responsum fuit. Ego veri-tas hic habito tu qui veritatem non diligis. hic non in-trabis. Uidens autem tertiam domū. et ad eam venieñs et pulsans audiuit dicentem. Ego pax hic habito. sꝫ qꝛ nō est pax impijs. hic non intrabis. Ueruntamen quia ego cogito cogitationes pacis et non afflictiōis. cōsulo tibiq̧ fugias ad sororem meaz que iuxta me habitat. q̄ nullum ad se cōfugientem repellit. sed omnib⁹ demēter succurrit. pulsante autem eo ad hostium quarte domus dixit hospita. Ego sum misericordia que hic habito. Si me vis in adiutorium habere et ab iminente tempesta-te liberari. Uade ad domuz fratrum p̄dicatoꝝ in bono nia nam ibi saluaberis. Predictus vero scolaris ad se reuersus visionem enarrauit et ordinem predicatoꝝ in-trauit seruiens deo: et eius misericordiam pre oculis ha bens cui est gloria in secula seculorum Amen.

Sermo sextus.

Ostquā ostensum est quomodo deus sit pater no ster quo ad secundum moduz paternitatis qui cō-sistit in paternali gubernatiōe. restat nūc videre de tertio modo qui cōsistit in paternali educatione siue enutriti-one. Nec debet istud solum intelligi de cibatione sed ge neraliter nomine educationis intelligi debet prouisio ne-cessariorum. siue in victu siue in vestitu siue in alijs ne-cessarijs. Igitur deus ostendit se patrem nostrū. qui sic volatilia celi pascit. sic et nos pascere paratus est. Ideo Mat. vi. dicit Respicite volatilia celi que nō serunt neq̧ metūt neq̧ colligūt in horrea. et pr̄ vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis. i. nōne vos di gniores estis et magis reputati apud deū. vbi post pau ca concludendo subdit Nolite ergo solliciti esse dicentes

·3·
Pr̄ nr̄ deus est r̄one Educationis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

quid manducabimus aut quid bibemus. aut quo operiemur. hec enim omnia gentes requirunt Scit eñ pater vester quia his omnibus indigetis hec ibi. Deus ergo cum pascat omnia viuentia iuxta illud psalmiste. Qui dat escam omni carni. Et iuxta illud. Oculi omniũ in te sperant domine et tu das escam illorũ in tempore oportuno. Tamẽ hominẽ quem ceteris viuentibus meliorẽ fecit. multo nobiliori cibo pascit ꝙ alia viuentia corporalia. et hoc spũaliter quo ad animã. quam ex seipso sine medio ad sui imaginem fecit. Et idcirco pascere eam dignatur cibo nobilissimo qui ex ipso ꝓcedit. s. gratia sua. ymmo seipso in sacramento altaris vt verificet illud dictum philosophi. ex eisdem sumus et nutrimur. Et est notandum ꝙ deus spũali cibo non cibat animas peccatorum eo ꝙ plene sunt veneno mortifero viciorũ qd̾ cibum anime spũalem quem dat deus. tanꝙ sibi contrarium excludit. Sed cibum corporalem. et exteriora necessaria concedit bonis et malis cõmuniter docẽs nos. ꝙ nos tanꝙ boni filij debeamus ipsum imitari. nõ solum bonis sed etiã malis benefaciendo. et caritatis effectum impendendo. Unde Mat. v. dicitur Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos. orate ꝓ persequentibus et calũniantibus vos. vt sitis filij patris vestri. qui solem suũ oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Item notandũ est ꝙ sicut deus corporaliter pascit pisces maris bestias terre et volucres celi. sic spũaliter tria genera hominũ q̃ per pisces maris bestias et volucres designant̃. cotidie pascit. salubriter. Primi igitur quos deus spũaliter pascit. et designant̃ per pisces. sunt seculares homines qui se custodientes. et a peccatis abstinentes exteriora bona mundi tractant. et mundanis tumultibus circũdati. nulli malũ inferũt. nullũ ledũt. neminẽ calũniant̃. Istos deus a sua grã nõ excludit si tñ a pctis mortalib⁹

oĩa pascit deus

tres species hominum pascit deus spũalr

se custodiant et mundijs manibus exteriora tractent.
Alij quos deus spũaliter pascit. et designãter per besti-
as terre. sunt actiui scilz qui actiuam vitam ducunt exer-
cendo virtutes seu opa virtutum. et progrediẽdo de vir-
tute in virtutem. et de bono in melius. Tales sunt qua
si martha deo in suis menbris seruientes per opa miseri
cordie. que proximis indigentibus ꝑpter deũ impẽdũt
et exibent. Qui nihilominus sicut seruentes sunt in exer
citus bonis. sic patientes sunt in aduersis et humiles in
prosperis. Alij vero quos deus spũaliter pascit et desi-
gnant per volucres celi. sunt ꝯtemplatiui qui dicere pos
sunt cũ apostolo Nostra ꝯuersatio in celis est ad phi. iij.
Quos Ysayas intuens quasi admirãdo dixit. Qui sũt
isti qui vt nubes volant. et quasi columbe ad fenestras
suas: Ysa. lx. Hoꝝ volatum et statuz cõcupiuit psalmi-
sta dicens. Quis dabit mihi pennas sicut colũbe et vo-
labo et requiescam. Tales sunt qui omnibus trãsitorijs
transcensis et quasi sub se relictis. tam intellectu ꝙ affe-
ctu ad deum totaliter se ꝯuertũt. et in ipso quãtuz in hac
vita possunt requiescere conant̃. Hos tres status hoim
deus graciose in hac vita pascit. dãs eis in vita presenti
pascua gratie tanꝙ cibũ peregrinãtium quousqꝫ ꝑueni
ant ad patriã et de mensa patris ꝑcipiant cibũ filioꝝ re-
gnantiũ. Primis enĩ licz seculi negocijs occupatis. qz
tñ a corruptiõe vitioruz se ꝯtinent et cauent. dat vberem
gratiam. Secundis qz se in bonis operibus et virtuti-
bus exercent. et propter deum patienter aduersa sustinẽt
dat gratiam vberiorem. Tercijs vero quia plene quã-
tum possunt deo coherent et in ipso solo delectantur:
dat gratiam vberrimam: Primi ergo pascuntur dul-
citer et salubriter. quãuis fluctuent in aquis mundi.
Secundi pascuntur dulcius et salubrius. quamuis
laborant circa terram. Tercij pascuntur dulcissi-
me et saluberrime quia percipiunt micas decadentes:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

de mensa celesti eo ꝙ pgustant dulcedinē glorie. Nos ergo prī nostro sic nos nutrienti gratiarū actiões. totis pcordijs referamus. quatinus digni pnti cibo effecti. ad futuras epulas puenire mereamur Sed heu multi deo patri nutrienti nō referunt gratiarū actiões sed ptemptibiliter ei repugnāt. De q̄bus dominꝰ per ysai. pquerit dicens. Filios enutriui et exaltaui. ipi autem spreuerūt me Ysai. De quoꝝ etiam quolibet illud dici pōt Deutro. xxxij. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit. incrassatus. impinguatus. dilatatus. dereliquit deū factorē suum et recessit a deo salutari suo Sed timeāt illi ne cōtingat eis sicut cōtigit filijs israel in deserto. de quibus psal. dic. Adhuc esce coꝝ erant in ore ipsorum. et ira dei ascendit sup eos et occidit pingues coꝝ etc. De hac materia diuine refectōis vel educatiōis. s. qua pater noster celestis nos pascit in hac vita tam corporabiliter ꝙ spūaliter latius dicet infra. s. in quarta petitiōe. Dicto de tertio modo diuine paternitatis erga nos: videndū est nunc de quarto qui ɔsistit in erudictiōe vel instructione qua nos deus erudire et instruere cotidie nō cessat. Est igitur deus pater noster in docendo iuxta illud psal. Venite filij audite me timorē domini docebo vos. Cōcurramus et audiamus patrem qui pmittit nos docere timorē domini Sed queri potest quare ptermissis alijs virtutibus et donis spūsancti multo nobilioribus et excellentioribus ꝙ sit timor domini. vocat nos ad doctrinam timoris domini: Respondet ꝙ deus more boni magistri docet alphabetum et rudimēta literarū anteꝙ de sublimioribus et magis arduis instruat. Prius ponit fundamentū anteꝙ altum erigat edificiū. prius filios suos teneros lacte pascat ꝙ solido cibo foueat. Certum est autem ꝙ timor domini est fundamentum oīs sapientie. iuxta illud psal. Inicium sapientie timor dñi. Idem dicit Eccle. i. Et Prouerꝰ primo. Timor domini

4 Pr nr deus p[er] 4[m] p[er]tron[em] Eruditionis

principium sapientie Item Eccle. xv. dicit. Timor domi ni disciplina sapientie. Item est principiū diuine carita tis iuxta illud Eccle. xxv. Timor dei initium dilectiōis est eius Unde timor domini inducit caritatē. sicut acus inducit filū. Nec solūmodo timor domini est fundamē tum sapientie et caritatis. q̄ sunt regine omniū virtutū sed est fundamentū totius edificij omniū virtutū quo defi ciente omnes virtutes corruunt. Ideo bene dicit Eccle. xxvij. Si nō in timore domini tenueris te. instanter cito subuertet domus tua. Igitur docet nos deus qui tanq̄ fidelis pater et sapiens magister suam doctrinā nobis exhibet et infundit Docet enī nos pater celestis docet fi lius dei. docet et spūssanctus. Et quia opera triū perso narum indiuinis sunt ad extra indiuisa. ideo docet nos ipsa sancta trinitas Unde pater celestis docet nos quia ab ipso omne bonū originaliter procedit. et spāliter ipa sapientia que intellectum nostrū illuminat. est descendēs a patre luminū. a quo omne datū optimū et omne do num pfectum. et qui dat oibus affluenter. vt dic Yia. primo. Nec mirum cū et saluator noster dixerit. mea do ctrina nō est mea sed eius qui misit me. Jo. vij. Item sicut docuit me pater hec loquor. Jo. viij. Itē filius dei docet nos. Est enī verbum dei viuū et efficax ptingens vsq3 ad diuisionem anime ac spūs. in cuius ɔspectu nul la creatura est inuisibilis. s3 omnia nuda et aperta sunt oculis eius vt dicatur ad Hebre. iiij. De hoc verbo dicit Eccle. i. Fons sapieñ: verbū dei in excelsis Istud verbū dei filius vt tanto nos plenius doceret. nostram naturā assumpsit. et cum hominibus fuit multis annis in terra cōuersatus. suam doctrinā largissime diffundens. sicut plenius dicetur inferius sermone. ix. Item spūssanctus docet nos Unde saluator noster dicit discipulis suis. Paracletus autem spūssanctus. quem mittet pater in nomine meo. ille vos docebit omnia. Jo. xiiij. Item cū

venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnē veritatē Jo.xvi. Item dum steteritis añ reges et p̄sides nolite p̄meditari qualiter respondeatis dabit̄ em̄.etc̄. Nō em̄ vos estis qui loquimini. sed sp̄us patris vestri qui loq̄tur in vobis Mat.x. Notandū est igit̄ ꝙ deus tripliciter docet hominē scꝫ per occultā inspirationē. per sacrā scripturā. et generaliter per creaturas Primo dico ꝙ deꝰ docet nos per occultā inspirationē. sicut olim docuit ꝓphetas et sanctos. et adhuc cotidie docere nō cessat cuiꝰ doctrinā merito debemus attendere et dicere cuꝫ psal: Audiam quid loquat̄ in me dominꝰ deꝰ. Ideo baruch iij. dicit̄ Audi israel mandata vite: et bñ tibi erit et viuet anima tua. hec est diuina inspiratio de qua dicitur Job xxxij. Inspiratio oipotentis dat intelligentiam Secundo dico ꝙ deus docet nos per sacram scripturam et per sanctos doctores vbi efficatius docent verba viua q̄ꝫ scripta ceteris paribus Quecunqꝫ enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt Ad Roma.xv. Unde Hugo in libro de archa Noe dicit Sacra scriptura est liber vite cuius origo eterna: cuius incorruptibilis eēntia. cuius cōgnitio vita. cuius scriptura indelebilis. cuius inspectus desiderabilis. cuiꝰ doctrina facilis cuiꝰ sciencia dulcis. cuius profunditas inscrutabilis. cuius verba innumerabilia. et vnum tamen verbū omnia hec ille Dominus igit̄ narrabit in scripturis vt dicit psal. Tertio dico ꝙ deus docet nos per omnes creaturas. de hoc dicit Hugo vbi supra. Mundus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus digito dei. et singule creature quasi figure. Ideo Job.xij. bene dicitur. Interroga iumenta et docebunt te et volatilia celi et indicabunt tibi. loquere terre et respondebit tibi et narrabunt pisces maris. Exemplum De supradictis modis docendi habemus in beato Bernardo de quo dicitur in legenda sua. ꝙ quicquid in scripturis

Sacra scriptura qd

didicerat maxime in siluis et in agris meditādo et orā-
do se cōfitebaṫ accepisse. nullos se magistros habuisse.
nisi quercus et fagos inter amicos dicere solebat. Deni
qꝫ cōfessus est aliqñ meditanti vel oranti omnē sacram
scripturā velut expositam sibi apparuisse. Eius sapienti-
tiam diuinitꝰ sibi datam agnouit venerabilis Hugo de
sancto victore. qui ad p̄ceptū regis francie. cū audisset
beatū Bernardū parisius p̄dicantē. reuersus ad regem
et interrogatus a rege quid sibi videreṫ de illo abbate.
Respondit se hominē vidisse sꝫ angelum audiuisse. Ec
ce qualiter edoctus fuit a deo. Exemplum Legitur
etiā in libro de apibus. ꝙ in gallia quidā regularis fu
it. qui lꝫ hebes ingenio tamē valde studiosus erat. hic in
cōsuetudine habuit q̄d omni vespere post sedulā orōnē
totiꝰ diurni studij memor esset et sic ad lectulū se dispo
nebat. Mox vero dum sonū nole fratres excitantē audi
uit. in nocte extrema recordatio lectiōis cum qua vespe-
re obdormierat et in memoriā veniebat et cū illa ad ma
tutinas p̄gens. clausis oculis in choro stabat. Et tunc
apparere solebat ei tota series scripturarū quasi amplū
latum longū et pulcherrimū palaciū Et eam illa in ho
ra ita pfectissime intelligebat vt nulla etiam difficilima
rū questionū insolubilis et videretur. Sed omnia occul
ta scripture quasi quinqꝫ digitos in manu lucidissime dis
cernebat. Si quādo vero vel ad ictum oculi apiret ocu-
los. visio fugiebat minime p̄ticule visionis illius nisi
superficialiter tm̄ memor esse potuit. Reclusis autē ocu
lis visio repente redibat. Et illud erat in hac visione su
pra modū mirabile. ꝙ eo psallente cum ceteris in nullo
penitus vel cōtemplatiōe vel eius āmiranda dulcedine
frustrabaṫ. sed diuidebatur quodāmodo et psallentis
et cōtemplātis intentio et vtriusqꝫ frēm hauriebat Item
in eodem libro de apibus scribit Exemplū ꝙ in cā
pania gallie in quodā monasterio ordinis cisterciensis

vi.

Fuit quidam abbatissa que sine vlla literarū notitia ar-
tis gramatice non solum libros theologie verū etiaʒ li-
bros Augustini de trinitate plenissime intelligebat et
difficilimas questiones eorū lucidissime exponebat. et
hanc gratiam a domino suis p̄cibus impetrauerat.
Exemplū Legitur etiam de katherina de senis in le-
genda sua ꝙ nunꝙ litteras didicerat et tamen mirabili
scientia fuerit diuinitus illustrata. Nam vt ibidem scri-
bitur. quodam mane coram domino se in orōne proster
nens ait. Domine si placitum est tibi vt sciaʒ legere psal
modiam et tuas laudes valeaʒ decantare per horas ca
nonicas. tu me docere digneris quod per meipsam ap-
prehendere nequeo. Sin alias fiat voluntas tua. Mira
res et diuine virtutis manifestum iudicium anteꝙ de o
ratione surgeret. ita diuinitus est edocta ꝙ omnē scrip-
turam sciuit legere tam velociter et tam expedite sicut q̇-
cunq̄ doctissimus. vbi hoc fuit mirabile ꝙ quando ex
pedite legebat. si iubebatur dictionē sillabicare non po-
terat ymmo vix litteras agnoscebat. Nos igitur humili
ter petamus patrem nostrū celestem vt ab eo doceri me-
reamur. cū psalmista dicat. Beatus homo quē tu erudi
eris domine. et de lege tua docueris eum. Nam qui do-
cti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamēti vt dicit.
Danielis. xij. Ve ergo illis qui huius patris doctrinaʒ
contemnunt. dicitur enī Deut. xviij. Qui verba eius q̇
loquitur in nomine meo audire noluerit. ego vltor exi-
stam. Unde Act. xiij. dicit ꝙ paulus iudeis cōtradicen
tibus verbo dei et doctrine eius. dicit. Indignos vos
iudicastis vite eterne. Ad quā nos pater noster celestis
perducat. qui sine fine viuit et regnat. Amen.

Sermo septimus.

Istis quatuor modis vel effectibus diuine paternī

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

·5·

Pr' nr̄ deus est rōne castigationis,

tatis erga nos. Videndum est nunc de quinto qui cō sistit in flagellatione et castigatione Solent autem boni et prudentes patres filios suos flagellare et castigare. vt eos a malis trabant ad bonū. Humana nāq natura spāliter in etate iuuenili procliuis est ad lapsum et pna ad malū. Ideo necesse est vt arceat et refrenetur. ne insolescat et in malū corruat. Ideo Prouer.iij. bn̄ dicit Disciplinā domini fili mi ne abijcias nec deficias cū ab eo corriperis Quem em̄ diligit dominus corripit. et q̄si pater in filio cōplacet sibi Cui simile est quod ad hebre. xu. Quē diligit dominus castigat. flagellat aūt omnē filium quem recipit. In signuȝ huius pater celestis filiū suū super omnia dilectum in natura nostra flagellauit. et penis ac passionibus exposuit. Iuxta illud Ysa. liij. Propter scelus populi mei pcussi eum. i. pmisi eū percuti et cruciari. Sed quia deus nihil facit aut fieri pmitti absq rōnabili causa. Ideo vidende sunt quedā cause pter quas deus hominē flagellat. siue per se siue per aliquā creaturā. Prima causa est emundatio pctōruȝ sicut grana per flagellum vel tribulā excutiuntur a paleis ferrum per limā purgat a rubigine. aurū per igneȝ amittit scoriam. vestis per lixiuiū mundatur a sordibus. domꝰ per scobā asperā purgatur ab immundicijs et sic de similibus. De hmōi flagellatione dominꝰ dicit per psalmistā. Si autē dereliquerint filij eius legem meaȝ. et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas prophanauerint. et mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates coruȝ et in verberibus peccata. coꝝ. Exemplum Sic fuit de nabugodonosor. qui pter supbiā suā eiectꝰ fuit de regno. et tanq̄ bestia inter bestias ↄuersatus. Sed cum sensus eius esset sibi reditus. magnam fecit penitentiam abstinens a carnalibus. et pane et vino secundum consilium Danielis. vt dicit in hystoria scolastica super Danielem. Sic fuit de

causę ob quas deus nos flagellat, et sunt emundatio peccator, Prēseruatio a malis Augumentū meriti honor dei,

manasse de quo vide infra numero. lxxix. Sic fuit etiaz de dauid q̃ vt de peccatis ꝯmissis pfecte purgaret̃ multis mõis fuit flagellat⁹. Et ideo ip̃e ꝯsiderãs hoc dixit Ops̃ ego in flagella pat⁹ suz et dolor me⁹ in ꝯspectu meo sẽper. Qm̃ iniquitatẽ meã annũciabo et cogitabo ꝓ pctõ meo Est ergo flagellũ dei quasi quedã medicina pur- gatiua maloꝝ humoꝝ Est aũt hec medicina amara qñ sumitur ꝫ est dulcis in effectu qñ homo per eã curat̃ De hac medicina dic̃ Aug. sic ꝙ patris filij medicina est nõ pena castigatio. nõ dannatio. Jtẽ idem. Melius est vt dñs flagellet te et sanet. ꝙ tibi parcat et deserat te. Scd̃a causa est pseruatio a malis Nam hõ ꝓpter flagella dei vel que patit̃ vel que timet multociens cauet peccare. Jnterdum etiã impedit̃ ne possit malũ agere. sicut patz de incarceratis vel infirmis Sic aduersa que patit̃ ho- mo quãdoqꝫ ip̃m humiliant ne de bonis extollat̃ Vñ Aug. Sepe bonos flagella cruciant ne ꝓspera extollãt Exemplum de Paulo qui de seip̃o scribit. ij. Corꝫ. xij. Ne magnitudo reuelationũ extollat me datus est mihi stimulus carnis mee. angelus sathane qui me colaphi- zet Jstud ẽ viã sepire spinis. vt ozee. ij. voce dominica di- citur. Sepiã viam tuam spinis. i. per aduersa que tibi occurrent deseres viam malam. De ista flagellationis vtilitate in libro de apibus tale scribitur. Exempluz Jn partibus anglie in quodam monasterio nigri ordi- nis puer quidã nobilis traditus a parentibus est disci- plinis regularib⁹ educãdus. Et q2 erat decorus forma. nature donis ꝑditus et supra talem etatez moꝝ honori ficentia gratiosus seniores maxime et qui officijs pre- erant puero vltra ꝙ necesse erat habenas liberas relaxa bant. Prior autem qui conuentum sub abbate regebat districtiori mente et regimine. nec ipsi peroptime nature in tali etate credendum putabat. quia vt dicit philoso- phus. pueri non tantum monendi sunt, sed et artandi;

Pseruatio a malis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Ideo a gressꝰ est iã aliquãtulũ insolentẽ puerũ verbis interdũ et verbere ab illiciis refrenare. Qui puer ad omnez informationẽ boni quasi mollis cera prioris correptionẽ accipiens. in adolescentẽ sanctũ et pfectum creuit. Et circa. xx. annos etatis sue mortuus. priori apparuit dicens. Tue correctioni grãs ago prior. qui mecum tua puidencia id egisti. ne insolentia puerili paulatiz deflu ens. pro lapsus fuerim in damnanda. Hec cũ dixisset anima beata. tanto fulgore resplenduit. vt vix in loco angulus remaneret absq3 tali lumine. Tertia cã est augmentum vel accrescentia meriti. quia flagella p deo tollerata. faciunt amplius mereri. Ideo Ambro. bñ dicit. qui fuerit ad iniuriam patientior. potentior cõstituetur in regno. Exemplum in martiribus. quos dominus pmisit a tyrannis crudeliter cruciari. vt tanto gloriosus coronarentur in regno. Sic in tormentis. nõ qui fortius pcutiuntur. sed qui fortius sustinent et resistũt palmam merentur de hoc Isidorus dicit. Semper deus hos verberat quos ad salutem ppetuam pparat. Ite idẽ. Quã tumcũq3 quis in corpore aut in mente flagella sustinet. tñ se in fine remunerari speret. Et q2 magnitudo pmij multum excedit grauitatem flagelli ideo patienter sustineamus. Quia vt dicitur ad Rõ. viij. Non sunt ↄdigne passiones huius temporis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Quarta causa est honor et glorificatio dei In flagellis enim recurrunt homines ad deũ. agnoscẽtes ppriã infirmitatẽ et ipiꝰ maiestatem inuocãt enim Ideo dñs per psal. dicit. Inuoca me in die tribulatiõis et eruam te et honorificabis me. Itez honorat deus q ex hoc alij trahunt exemplum pro deo tollerãdi. Sic de thobia. et Job dicit Thobie. ij. Hanc autem temptationẽ. s. cecitatis ideo pmisit deus euenire illi sc3 thobie vt posteris daret exemplum patientie eiꝰ sicut beati Job. Itez honoratur deus. quẽdo tali patienti miserabiliter

subuenit. Sic fuit de infirmitate Lasari de qua domi/
nus dixit Infirmitas hec nō est ad mortē sed pro gloria
dei Jo.x. Et de ceco nato dixit dominus. Neqȝ hic pec/
cauit. neqȝ parentes ei⁹. s. vt cecus nasceretur. sed vt ma/
nifestent opa dei in illo Jo.ix. Nos ergo flagellum dei
nō abijciamus sed patienter tolleremus. quia vt pdictū
est signum ē dilectōis dei. Unde ipē dī. Ego quos amo
arguo et castigo. Apo.iij. Quo ꝯtra dicit̄. Prouer.xiij.
Qui pat virge odit filium suuȝ Jtem est signū probati/
onis quia sȝ deus homineȝ ꝓbat. Dominus enim qū
aliquem flagellare vult facit ac si diceret accede ad me
vt tangam te et ꝓbem. vtrū sis filius meus Gene.xxvij.
Jtem est signū vocationis et tractionis dei. facit em̄ de⁹
hominem velociter currere ad deū. non solum vt liberet̄
ſȝ etiā vt ad illuȝ pueniat et in illo requiescat cuius ta/
bernaculo flagellum nō appropinquat Unde psa. bene
dicit. Multiplicate sunt infirmitates eorū postea accele/
rauerunt Et Aug. dicit. Tribulatiōes que nos hic pre/
muut. citius ad deū ire ꝯpellunt Sed multi sunt in hoc
mundo flagellis digni qui tamē flagellari nō merent̄ ſȝ
pro gloria celesti accepiunt hic solacia et cōmoda tēpo/
ralia. Quibus per incarnationē dicitur ad hebre.xij.
Quis est filius quē non corripit pater. ꝙ si extra disci/
plinam estis ergo adulteri estis et nō filij. Et glosa sup
illo verbo apl'i ad hebreos flagellat omneȝ filiuȝ quē re
cipit dicit. Si exceptus es a passione flagellorū excep⁹
es a numero filiorū. A deo enim omnē filium in eterni
tatis hereditatem recipiendū flagellauit vt nec vnigeni
tum suū deus exciperet qui sine omni peccato fuit. Qui
ergo flagellauit vnicum sine peccato. nūquid relinquet
adoptatū qui est cum peccato. Unicus sine petō ſȝ non
sine flagello. nobis in se exemplū proposuit vt nō turbe
mur cum aliquis grauia et indigna ꝑpetitur. memores
eorū. que iustus iustoꝝ sanctusqȝ sanctoꝝ pertulit. Hec

> per flagella diligimur
> vocamur, trahimur,
> a deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

glo. Predicte sententie concordat Aug. di. Qui in hoc mundo flagellari non merebitur in inferno torquebitur. Et Gre ad propositum dicit Si exclusus es a verbere flagellorum exclusus es a receptione filiorum. Sunt etiam qui a se repellunt flagella quantum possunt nolentes pati et dicentes quod non possunt pati. Quibus posset dici quod si non vellint nec possint vt dicunt hic pati quod breue et momentaneum et leue est. quomodo tunc poterunt pati tormenta perpetua et grauissima Et quia oportet aut in hac vita post mortem pati. potius deberent eligere quod leuius et breuius est et magis meritorium quam quod longius. grauius et sine merito est. Nullus ergo repellat flagellum dei. quia dicit Aug. Noli repellere flagellum. si non vis repelli ab hereditate Item idem. Ad hereditatem sempiternam erudimur et flagellari dedignamur. Item sunt qui quando flagellum nec effugere possunt sed pati compelluntur: grauiter indignantur et fiunt impatientes et sic per impatientiam a deo se auertunt et diuersis peccatis ipsum offendunt. Qui de medicina faciunt sibi venenum mortiferum et dolorem dolori superaddentes. in hoc mundo tormenta inferni in seipsis quodammodo pregustant vt sic morientes transeant de suplicio ad suplicium. Exemplum Sicut fuit de quodam milite quem vidi in vvestfalia. et dicebatur dominus Hermanus de ludinchusen. Hic erat alto sanguine natus et corporaliter formosus: fortis et optime dispositus. Sed occulto dei iudicio percussus fuit lepra incurabili. Et cum incurabilem se sentiret datus fuit in reprobum sensum et desperans de salute anime dixit quasi indignanti animo de deo. Deus abstulit mihi formosum corpus. ego sibi auferam formosam animam Et gloriabatur miser quasi vltionem faceret de infirmitate corporis. quod animam suam per peccata sua dyabolo traderet. Et sic postmodum timore dei post posito publice se peccatis inuoluit quantum potuit. intantum vt etiam

publicus fieret vsurarius. Sed tande3 accrescentib9 do-
loribus: et cum exire compelentibus impenitens obiit
et extra cimiteriū sepultus fuit. Nos igit̄ alioꝝ lapsib9
edocti. patienter sustineamus flagellū dei quatin9 pur-
gemur. ꝓseruemur mereamur et deū glorificem9 ac lau
demus qui est super omnia benedictus in secula seculo
rum Amen.

Sermo octauus.

Estat nūc videre de sexto mōvl' effectu diuine pa-
ternitatis erga nos. et ē hereditatio siue ꝑstatio here-
ditatis. Solēt eñ filij legitimi succedere parentibus in
hereditate terrena. Ergo merito pater celestis filijs suis
dabit hereditatē celestē. q2 si filij et heredes ad Ro. viij.
Confert igitur deus filijs suis hereditatem nō terrenā
sed celestem. que multo melior copiosior et desiderabili
or est ꝙ omnia terrena. Ut tamen tanto melius eluceat
qualis sit hereditas celestis Uidendum est per cōpara-
tionem quomō differat a terrena. Unde frequenter res
magis innotescunt per cōparationem siue affirmatiuā
siue negatiuā vnius ad alteram. i. per similitudinem vl'
dissimilitudinem Sunt igitur multe dissimilitudines
inter terrenam et celestem hereditatem. Prima est ꝙ
terrena hereditas pertingit quādoq3 ad malos. et inter
malos filios quādoq3 diuiditur. sed celestis immodo
bonis prestatur. Secunda est ꝙ terrena hereditas non
possidetur nisi vsq3 ad mortem corporalem. ac per mor
tem transit ad manus aliorū. sed celestis incipit a mor-
te corporali. et nunꝙ aufertur vel amittet̄ Un̄ psal. Cū
dederit dilectis suis somnū ecce hereditas domini. Dō
de somno mortis intelligendū est. Tertia est ꝙ ex mul
torum possessione heredum. terrena hereditas minuitur
s3 celestis sic nō minuit̄. Un̄ Aug. super psal. dicit here-
ditas xpi. q̄ coheredes sum9 nō minuit̄ copia possessor

nec fit angustior numerositate coheredum. sed tanta est multis quanta paucis. tanta singulis quanta omnibus. Hec est hereditas quam primi parentes propter peccatum amiserunt. extrusi enim fuerunt a paradiso terrestri et exclusi a regno celorum et sic vtraque hereditate priuati sunt Commiserant enim crimen lese maiestatis . propter quod nõ solum ipsi sed et tota eorũ progenies exheredata fuit Sz hanc hereditatem xp̃s nobis restituit et nos ad eã recipiendam habilitauit Per mortem enim suã omnes fideles reposuit ad ius hereditarium celestis regni. sic quod illa ingratitudo propter trangressionem primorum parentũ contracta cessant et quodãmodo deleta fuit per mortẽ eius. et cotidie in hominibus deletur per baptismũ. vbi mors xp̃i efficaciter operatur. Quod enim xp̃s per mortem suã meruit hoc cotidie renouatur in baptismo. In signũ huius nullus ante mortem xp̃i quãtumcunque perfectus aut sanctus potuit intrare regnum celorum. Et licet Enoch et Helias translati legantur et in paradiso terrestri viuere credantur non tamẽ ipsum paradisum receperunt in hereditatem sed in habitationẽ. vsque quo domino volẽte ad hunc mundum redeant. et debitũ mortis post tantã dilationem persoluãt. Et quia vt dictum est per baptismum. hereditatis ius acquiritur nec sine baptismo. idcirco iudei et pagani quãtumcunque virtuose viuere videantur nõ poterunt intrare regnum celorum quia non sunt expiati a delicto parentũ per baptismũ. De ista restitutione hereditatis nostre per xp̃m saluatorẽ nostrũ facta. psal. satis pulcre ante prophetauerat dicens. Tu es qui restitues hereditatẽ meam mihi. Uidit enim a longe aduentũ saluatoris et quomõ per eum debebat fieri annus iubileus toti humano generi. sic quod quisque possit redire ad paternã hereditatẽ. De hac hereditate nostra etiã psal. dicit. Hereditas mea preclara est mihi. Et bñ dicitur preclara quia omnibus rebus preualet. in cuius etiã cõparatiõe cetera sunt obscura et in

de morte xpi

Enoch & Elias

Judej et pagani licet viri ... non potuerunt intrare regnum celorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

utilia et quasi nihilum reputata. Nos igitur sic viuam⁹ vt per virtutes deo ꝯformes. filij eius et nominemur et simus quatinus a patre nostro hereditari et hereditatē percipere et possidere possimus. Sunt aūt quatuor per q̄ quis efficiat̄ filius dei et hereditatem meretur. Primū est odium peccati. Deus enim qui diligit omnia que fecit pctm̄ odit. quod nō fecit ꝫ quod in odiū eius factuꝫ est Idcirco debet homo odire pctm̄ vt sic imitet̄ patrē suuꝫ et ei tanꝙ filius assimilet̄. Debet autem homo in duobus odire pctm̄ videlꝫ vt peccatū cōmissuꝫ ꝓtin⁹ abijciat per penitentiā. Item vt a peccato nondum ꝯmisso se diligenter custodiat. Abiciat ergo maluꝫ quod cōmisit et fugiat maluꝫ quod cōmittere potest. Agat infirmus vt ab infirmitate curet̄. Agat sanus vt ab infirmitate p̄seruetur. Lapsus curet vt surgat et stans caueat ne cadat Qui ergo de pctō commisso penitentiā agit filius dei efficitur. Unde ozee primo dicit̄. Et erit in loco vbi dicet̄ eis nō popul⁹ meus dicetur filij dei viuētis. Nā ꝓpter peccata homines dicuntur nō populus dei. In signum cuius dominus dixit Moysi Peccauit populus tu⁹. recesserunt cito de via quā ostendisti eis. Exo. xxxij. Ecce ꝙ dominus nō dignabatur vocare populū suuꝫ ꝓpter peccata eorum sed ꝓpter penitentiam homo recipitur in gratiam et adoptat̄ in filium. sicut ille filius ꝓdigus q̄ non reputabat se dignum vocari filiū patris sui. Propter penitentiam tamē a patre appellatus fuit filius. vt patet Lu. xv. Item qui a peccato se custodit fili⁹ dei appellatur. vnde ij. ad chor. vi. dicitur. Immundum ne tetigeritis. et ego recipiam vos et ero vobis in patrē et vos eritis mihi in filios et filias. Ille dicitur immundum tāgere qui peccatū admittit et per ipsum maculat̄. Qui eñ tangit picem. i. peccatū per ꝯsensum inquinabitur ab ea vt dicitur Eccle. xiij. Isti ergo qui sic peccatum odiunt. merent̄ tanꝙ boni et mundi filij hereditateꝫ dei percipere

quattuor ex quibus filii dei efficimur: — vz
odium peccati
fides sincera
mansuetudo vera
dilectio dei et proximi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Unde psal. dicit. Nouit dominus dies immaculatorū
et hereditas eorū in eternum erit. Dicuntur aūt imma-
culati. tam qui nullas maculas habuerūt ꝙ qui a ma-
culis purgati sunt. Item de huiusmodi dicit psal. Dedi-
sti hereditatem timentibus nomē tuū domine. Et bene
dicitur timentibus quia timor domini odit malū. vt di-
citur Prouer. viij. Expellit enim pctm̄ commissuz iuxta
illud Eccl'. i. Timor domini expellit pctm̄. Item timor
domini pseruat a peccato nōdum ꝯmisso. ideo voce do-
minica dicitur Hiere. xxxij. Timorem meū dabo in cor-
da eorū vt non recedant a me. s. per peccata. Secūdū
2 quo quis efficitur filius ac heres dei. est sincera fides.
Vult enim deus ꝙ sicut ipse nobis est fidelis pater sic
et simus fideles filij: quod non fit sine fide. Qui enī fi-
dē negauit. est infideli deterior. vt habet̄. i. ad Thimo:
v. Per fidem igitur efficitur quis filius dei. Iuxta illud
Io. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui cre-
dunt in nomine eius. Cui cōsonat illud ad gala. iij. Oēs
filij dei estis per fidem que est in xpo Iesu. Isti ergo fi-
deles filij hereditabunt regnum celorum. Unde Io. ij.
Nonne deus eligit pauperes in hoc mūdo. diuites aūt
in fide et heredes regni. quod deus repromisit diligen-
tibus se. et ad hebre. vi. dicitur. Fide et patientia heredi-
tabunt ꝓmissiones. Item. xi. Sancti per fidem vicerunt
regna. operati sunt iusticiam. adepti sunt repromissioēs
id est hereditatem repromissam. Et Ysa. lvij. dicit̄ Qui
fiduciam habet mei. hereditabit terrā et possidebit mō-
tem sanctum meum. Sine fide quippe nemo habet fi-
duciam dei. Tertium quo quis efficitur filius dei est ve-
3 ra mansuetudo que pacem ꝯseruat intus et foris. q̄ nul-
li malū infert et mala ab alijs illata patiēter sustinet ta-
les sunt pacifici de qb' Mat. v. dicit. Beati pacifici qm̄
filij dei vocabunt̄. Ideo ad Phil. ij. dicit̄ Sitis sine q̄-
rela et simplices filij dei. Ista māsuetudo maxime ꝓba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

ur in aduersitatib⁹. et ideo patientes in tribulationib⁹ et flagellis dei. filij dei vocabunť. vt dictū est in sermōe p̄cedenti Isti ergo mansueti filij hereditabunt regnum celorum. iuxta illud psal. Mansueti aūt hereditabūt terram. non istā terraꝫ quā nos calcamus que est terra morientium. sed illam celestem de qua dicit psal. Credo videre bona domini in terra viuentium. De hoc etiā dicitur prima Petri. iij. Non reddentes malū ꝑ malo. nec maledictum pro maledicto. sed econtrario benedicentes quia in hoc vocati estis vt benedictione hereditatē possideatis. Ideo et Eccle. xxiiij. dicitur. In omnib⁹ requiē quesiui scꝫ per mansuetudinē et in hereditate domini morabor. Quartum quo quis efficitur filius dei. est sincera dilectio dei et ꝓximi intus in corde radicata et foris per effectum ostensa. Primo ergo dilectio dei ostēsa per opera caritatis facit esse filiū dei. Qui enim bene operatur propter deū ostendit se diligere deum et eē filiū eius Ideo Eccle. iiij. dicitur. Eris sicut filius altissimi obediens. i. voluntatem dei ex dilectione faciēs. et. i. Jo. ij. dicitur Omnis qui facit iustitiam id est qui operatur iuste ex ipso. s. deo nat⁹ est et ad ro. viij. dicitur quicūq; spū dei aguntur hi filij dei sūt. isti filij heredtabūt regnū celoꝝ. Vñ ysa. liij dr̃ quasi demōstrādo regnū celoꝝ. dicitur. hec est hereditas seruoꝝ dei. i. deo ex dilectione seruientiū et ad colocē. iij. dicitur. Quodcūq; facitis et animo faciate. sicut domino et non sicut hominibus seruientes. scientes ꝙ a domino recipietis hereditatem retributionis et psal. Expecta dominū et custodi viā ei⁹ scꝫ per opera dilectiōis. et exaltabit te vt hereditatē capias terrā. Iteꝫ dico ꝙ dilectio ꝓximi per opa caritatis exhibita facit eē filiū dei. Unde Lu. vi. dicitur. Estote misericordes scꝫ ꝑ opa mie. sicut et pr̃ vr̃ misericors ē videlꝫ vt vos sitis cōformes patri vestro sic̄ boni filij. et Eccl. iiij. dr̃. Esto te pupil' misericors vt pater et eris tu velut altissimi fili⁹.

op[er]ari iusticia .i. b[e]n[e] / et iuste op[er]ari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Isti hereditabunt regnum dei. Nam Ysa. lviij: dicitur
Frange esurienti panem tuũ et egenos etc̃. Sequit᷑ post
Sustollam te super altitudinẽ terre. et cibabo te heredi-
tate Jacob patris tui. Ideo in iudicio extremo domin⁹
dicet omnibus suis. que misericordiam exhibuerunt pro-
ximis suis. Venite bñdicti patris mei possidete paratũ
vobis regnum ab origine mundi. vt dicitur Mat. xxv.
Ex predictis tamen pꝫ quomõ posset homo fieri filius
et heres dei. Et idcirco filius dei in hunc mundum veni
ens et factus filius hominis vt nos filios dei efficeret.
sed dicta quatuor efficaciter docuit Docuit eñi odire pec
cata. firmiter credere mansuetudinẽ seruare. deumqꝫ ac
ꝓximũ diligere· quatinus sic celestem hereditatem obti-
nere possimus. Nec solum docuit hec predicta. sꝫ quod
amplius fuit etiam agendo et patiendo meruit. nõ sibi
sed nobis hereditatem regni celestis. Et ideo quod de
nostris meritis non p̃sumimus. hoc per meritum xp̃i cõ
sequi speramus: Exemplum De hoc nobis satis
consolatorie scribitur in legenda beati Bernardi. qꝫ cuꝫ
vir dei grauiter infirmatus extremum spiritum iam tra-
here videretur in excessu mẽtis sue. ante tribunal visus ẽ
p̃sitari. Affuit autem et sathan ex aduerso improbis cũ
accusationibus pulsans. Ubi vero ille omnia ꝓsecut⁹
fuerat et viro dei pro sua parte dicendum. nihil territus
aut turbatus ait. Fateor nõ sum dign⁹ ego. nec prop ꝑis
meritis possum optinere regnum celorum. Ceterum du
plici iure optinet illud dominus meus hereditate sꝫ
patris et merito passionis. Altero ipse contentus. alteꝝ
mihi donat. Et cuius dono iure mihi illud vendicans
non cõfundar· In hoc verbo confusus inimicus. ille cõ
uentus solutus est. et vir dei in se reuersus est. Nos igit᷑
ꝓ hac gloria filiali et hereditate celesti. feruẽter et vigilã
ter laborem⁹. vt nos exules et in exilio geniti. mereamur
intrare illã celestem hereditatẽ. de qua filij quodã regni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et in regno creati. sꝫ maligni spūs eiecti ceciderunt. Intremus illam gloriaꝫ inamissibiliter possidēdam. quā ipi spūs amiserunt nunq̄ꝫ recuperandā Tendamus ad illam beatitudinem per gratiam quā ipsi spūs perdiderunt per maliciam. Et quāuis odio iniquo nos odiunt et secum in dampnatione trahere conentur. tñ confisi de adiutorio dei non timeamus eos quia eorꝫ pertinax malicia et pertinax astucia nitit̄ quātum potest ne ad illam hereditatem celestem pertingamus. Unde notādū est ꝙ maligni spūs trib⁹ malis motiuis mouent̄ ad obsistendum saluti nostre. Primū est vt deo in sua creatura quā sibi similem ipe cōdidit contumeliam faciāt. vt si quis ymaginem regis macularet regi faceret iniuriaꝫ. Sic dyabolus quod deo facere non potest homini ad ymaginem dei facto facere conatur. Secundum est quia videt nos ad hoc factos et vocatos vt hereditatē quā ipe perdidit possideamus ideo stimulatus inuidia laborat quātum potest vt nos impediat Vellet enim ꝙ nullus hoc possideret quod ipse perdidit Tertium est vt maliciam suam effectualiter ostendat ipse nanqꝫ tam plenus est veneno malicie ꝙ etiam gaudet et gloriat̄ de hoc ꝙ malum faciat Exemplum. De hoc scribit Cesari⁹ in dyalogo. Erat quidam demoniacus horribiliter a demone vexatus per cuius os dyabolus ad interrogata respondebat. Unde a quodam de circunstātibus dictuꝫ fuit ei. Dic dyabole. si posses ad gloriā in qua fuisti redire quid velles propter hoc sustinere. respondit ille. Mallem cuꝫ vna anima a me decepta descendere ad infernū q̄ꝫ redire in celum. Mirantibus autē alijs de hoc verbo. dixit dyabolus. Quid miramini tanta est malicia mea et tam obstinatus sum ꝙ non possum velle aliquid boni Adhercam⁹ ergo domino nostro Iesu xp̄o et vestigia eius sequamur. quatinus filij ei⁹ per gratiaꝫ in pñti et per hereditatē glorie in futuro etiā mereamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Prestante eodem domino et saluatore nostro qui cum pr̄e et spū sancto regnat per infinita scl'a seculoꝝ Amen.

Sermo nonus.

Ostq̄ in sermonibus p̄cedentibus aliqualiter declaratum est quibus modis deus potest dici pater noster et quibus effectibus et iudicijs suam paternitatē nobis exhibeat q̄ etiā generalem habet respectū ad omnes personas in diuinitate. Nunc videnduȝ est quomō filius dei spāliter dicatur noster. Habet enim spālem nostreitatem, vt ita loquar, quā nec pater nec spūssanct⁹ habet ad nos, tali modo sicut filius. In cuius signum psal. tangens trinitatem p̄sonalem et vnitatem substantialē in diuinis, dic̄ bn̄dicat nos de⁹ de⁹ nr̄ bn̄dicat nos de⁹. Ubi ter dicit de⁹ qꝛ de⁹ pr̄. de⁹ filius. de⁹ spūssanct⁹ Et quia non tres dij sed vnus deus. Ideo subdit in singulari et metuant eum scȝ vnum deum omnes fines terre. Ecce vbi designat patrem aut spiritūsanctū. dicit de⁹ sine additamento. Sed vbi designat filium dicit deus nr̄ Notandū est ergo q̄ filius dei ,p̄prie dicitur esse noster quatuoꝛ modis, quibus nec pater nec spiritussanctus p̄prie noster potest dici. Dicitur enim frater noster dulcissimus per realem incarnationem. doctoꝛ noster fidelissimus per exemplarem cōuersatiōe. Redemptoꝛ noster fortissimus per coꝛpoꝛalem passionē. Et iudex noster equissimus per finalem retributiōeȝ. Primo igitur dico q̄ filius dei est frater noster. per realeȝ incarnationē. qꝛ naturam nostram in anima et coꝛpoꝛe realiter et veraciter assumpsit. sic q̄ de eo dicere possumus illud Genes. xxxvij. Caro enim et frater noster. Ideo ad Hebre. ij. dicitur. Non ꝯfunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et post resurrectioneȝ dn̄s apparens mulierib⁹ dicit eis Ite nūciate fratrib⁹ me

is vt eant in galileã ibi me videbũt. vt dicit͂ Mat. vlti.
Voluit aũt filius dei nostrã naturã assumere et frater
nr͂ fieri triplici de causa: Primo. s. vt suã ineffabilẽ mi
sericordiã ostenderet qz descendit ad miseros et afflictos
qui nullã spem habebãt et quibus ipe nõ erat obligat⁹
Descendit inqꝫ nõ soluz vt misericorditer subueniret sed
etiam afflictis se ꝯformabat. et coꝝ naturaz assumpsit·
Et quia hoc solum ꝓcessit de fonte misericordie diuine
et ipsaz miaz dei plenissime demõstrauit. Ideo psalmi-
sta puidens in spũ incarnationẽ domini eam petijt di-
cens Ostende nobis domine miam tuã et salutare tuuz
da nobis. Et Zacharias pater Johãnis baptiste dixit
Per viscera mie dei nostri in quib⁹ visitauit nos oriens
ex alto Lu. i. Unde ad Tytum. iij. bñ dicit apostolus.
Nõ ex opibus iusticie que fecimus nos sz scdꝫ miaz suã
saluos nos fecit· Secundo vt rõne fraterne propinqui-
tatis nostram causam iuste assumeret nosqꝫ quãtum ex
parte sui fuit. iuste saluaret Nam per nostram humani
tatez. qua frater noster factus fuit. iuste satisfecit patri ce
lesti pro toto genere humano. placans et pacificãs euz
iuste vicit dyabolum cõfundens eum et iuste redemit ho
minem liberum faciens eum. Istud petierat psal. dicẽs
Exurge et intende iudicio meo deus meus. Bene ergo
intendit iudicio nostro · quando causam nostram assup
sit· Tertio vt genus humanum antea despectum ex-
altaret et gloriosum faceret in sua persona. Sicut enim
genus humanuz deiectum et contemptibile fuit factum
in primis parentibus propter peccata ipsorum. sic ere-
ctum et nobile factum est in filio dei hoc in personaz sui
assumere. Quapropter angeli ante incarnationem do-
mini patiebant͂ homines corã se ꝓsterni et se quodãmõ
adorari vt pz de Josue et Loth Nec eos ꝓhibuerũt. vt
scribitur Josue. v. et Gen͂ xix. Sed post incarnationẽ dñi

quare xps fr[ater] n[oste]r est

angeli an[te] d[omi]ni incarnat[ionem]
adorari se patiebantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

Johannes euangelista volens se prosternere coram an-
gelo prohibitus fuit ab eo dicente sibi. Uide ne feceris
conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum etc. vt dicitur
Apo. xix. et. xxij. Unde Gre. in omel. dicit. Quid est quod
ante redemptoris aduentum angeli adorantur ab homi-
nibus et tacent postmodum vero adorari refugiunt nisi quod
naturam nostram quam prius despexerant. postquam hanc su-
per se assumptam conspiciunt. substratam sibi videre pertime-
scunt. Nec iam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt
quam super se in rege celi venerantur Nec dedignantur ha-
bere socium qui super se adorant hominem deum. Hec Gre.
Potest ergo nunc homo gloriari verbis apostoli. quod filius
dei nusquam angelos apprehendent sed semen Abrahe vt
dicitur. ad Hebre. ij. Hanc autem gloriosam fraternitatem
filij dei ad nos conabantur quidam heretici corrumpe-
re. asserentes filium dei non assumpsisse naturam nobis
conformem. Quorum aliqui vt fotinus therintus ebion et
paulus samosatanus dixerunt xpm fuisse purum homi-
nem. nec filium dei assumpsisse humanam naturam. Alij
vt manichei dixerunt xpm non habuisse verum corpus
sed fantasticum Alij vt valentinus et sui sequaces dixe-
runt xpm non habuisse corpus terrestre sed celeste. et ipsum
nihil de beata Maria sumpsisse. sed per eam quasi per fistu-
lam transisse. Alij dixerunt aliquid verbi in carnem transmu-
tatum nec illam carnem fuisse assumptam ex corpore virgineo vt
appollinaris. Alij dixerunt vt ariani xpm animam non
habuisse. sed verbum habuisse loco anime. Alij dixe-
runt xpm habuisse animam et non mentem. vel intellectum
sed locum mentis. vel intellectus verbum supplesse.
Has impietates diabolica instigatione conceptas et euo-
mitas dudum ecclesia catholica damnauit. De quibus am-
plius dicere esset nimis extra principale propositum disgre-
di. Istam fraternam conformitatem xps frequenter post ascensio-
nem suam multis sanctis et deuotis personis visibiliter ostendit.

Exemplum. Legitur enim in legenda sancte katheri/ne de senis. Quod saluator noster cum ea loquebatur. ita familiariter. sicut amicus cum aliquo sibi domestis/simo. intantum vt frequenter per camerulam simul ambulantes dicebant psalmos alternatim per versus. sicut solent duo clerici suas horas legere. Ecce quod filius dei ostendit se predicte virgini. et secum familiariter habuit vt amicus aut frater: Legitur etiam quod interdum se xpus ostendit in specie humana satis despecta vel abiecta scilicet in specie hominis leprosi. ac si vellet per hoc signare quod nullam vilitatem humane nature respueret in se ostendere eo quod omnium hominum quantumcumque infirmorum aut despectorum frater esset effectus: Exemplum. De hoc Gregorius in omel. narrat dicens. Quod quidam monachus Martirius nomine leprosum inuenit iacentem in via elephantino morbo per membra fedatum. Quem vt ad hospicium duceret pallio constrictum super humeros leuauit et portauit sed cum foribus monasterij appropinquaret ille qui leprosus esse putabatur. de collo eius exiliens. et in ea specie apparens qua redemptor noster recognosci solet ab hominibus. ad celum martirio aspiciente rediit eique ascendens dixit. Martiri tu me non erubuisti super terram ego te non erubescam super celos. Narrabat autem idem Martirius quod cum eum portasset pondus eius minime sensisset

Exemplum. Similiter scribit Cesarius in dyalogo quod tempore quo heresis albigentium pullulare cepit erat quidam episcopus in francia etate iuuenis sed magne virtutis. Hic tante fuit humilitatis et misericordie quod nullum leprosum absque largitione elemosine preteriret Consueuit enim proprijs manibus eis elemosinam dare et eorum manus osculari. Quadam die cum per viam publicam equitaret. vidit iuxta viam leprosum quendam horridum aspectu. et ita lepra corrosum quod vix poterat videri sine cruciatu. petijt autem raucissima voce vt sui misereretur.

S. catterina da Siena gratia

no. de virtute elemosine et humilitatis

Quem epūs vt vidit de equo descendit et elemosinam
obtulit. Sꝫ lepsus dixit nūmos sibi n̄ esse necessarios
sed hoc velle vt putredinem scꝫ caruncula᷑ de naribus
pendentē abstergeret. Quā cū eps̄ manu tāgeret vt ab
stergeret. leprosus clamauit dicēs. Cessa cessa asperita
tem digitorū tuoruꝫ tollerare non valeo. Et cū adhibe
ret partē camisie sue de panno satis subtili similiter pro
hibitus ē. Et eps̄. vnde vis inquit vt abstergatur. Nil
aliud admittā ꝙ linctionem lingue. Ad quod verbū
natura pontificis exhorruit. et cum luctaret natura cō-
tra gratiā tandē gr̄a vicit naturā. et eps̄ apposuit lin-
guā suam vt lingeret. Mira res mox de naribus eius q̄
leprosus videbatur ḡemma speciosissima cecidit in os
episcopi et statim q̇ in forma lepsi se ostēderat gloriose
transformatus celos ascendit. promittens episcopo ꝙ
glorie sue particeps esse deberet in regno celorū. Se
cundo principaliter dico ꝙ filius dei ē informator seu
doctor noster. et hoc per suā exemplarē cōuersationem
quā ducit in hoc mundo. Tota nanqꝫ vita sua nobis
proponitur tanꝙ exemplar virtutū. tanꝙ speculum sa
lutis et tanꝙ liber vite. Jd̓o discipulis suis dixit. Vos
vocatis me magister et dn̄e et bene dicitis. Sum etem̄
Unde multis annis cū hoībus conuersatus fuit non
vt eos redimeret. quia hoc fecit in fine vite. sed vt viam
salutis preeundo doceret. Non solum verbis sed quod
multo eficatius esse solet docuit bonis et sanctis operi
bus. Jp̄e nāqꝫ cepit facere et docere. Act. i. Et merito
cum sit sapientia de increata. et venerit in hunc mūduꝫ
tenebrosum congruū fuit vt radios sapiētie diffunde-
ret. et mundi tenebras effugaret. Quod psalmista vi-
detur petisse. dicens. Deus meus illumina tenebras.
meas. Sunt aūt tria in quibus vera sapiētia huma
na consistit. que. Bernardus tangit dicens. Inueni-
sti plane sapientiā. si prioris vite pctā defleas si huius
seculi desideria paruipendas. si eternā beatitudineꝫ to-

vera sapientia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

to desiderio cócupiscas: Ex quibus colligit̃ ꝙ vera sapientia cósistat in emendatióe pctõꝝ in ɔteptu mundi. et in desiderio celestis glorie. Et hec tria docuit magister et doctor Ihesus xp̃s exemplo et verbo. Primo dico ꝙ xp̃s docuit emendationē pctõrum exẽplo. Per hoc ꝙ ipẽꝗ pctã nõ habuit emendã fecit pro peccatis nostris. Et etiã per hoc ꝙ pctõres penitentes recepit. et pharizeos de hoc murmurantes reprehendit. vt patet. Lu. xv. Item docuit emendationē pctõrum verbo dicens. Penitentiã agite appropinquabit eñi regnũ celorum. Mat. iiij. Et si penitentiã nõ egentis oĩs perhibitis Lu. xiij. Et gaudiũ est angelis dei super vno pctõre penitentiam agente Lu. decimoquinto. Teneam' igitur hanc doctrinam doctoris nostri: et peniteamus quatinus anima vulnerata sanet: deus offensus placetur. et debitum maximum faciliter persoluetur.

Secundo dico ꝙ magister docuit cõtemptũ mundi exemplo et verbo. Exemplo quia nec diuitias. nec delicias. nec dignitates: nec honores. aut laudẽ seu gloriam hominũ quesiuit. sed omnia contẽpsit et cõtẽpnẽda monstrauit. Unde dixit pylato. Regnum meum non est de hoc mundo: Johannis. xviij. Item verbo docuit contẽptum mundi quando dixit. Beati pauperes spiritu. qm̃ ipsorum est regnũ celorũ. Mat. v. Item quando diuiti adolescenti dixit. Si vis perfectus esse. Uade et vende omnia que habes et da pauperibus: et habebis thezaurũ in celo. et veni sequere me. Mat. xix. Igitur nos hunc mundum cum suis pompis contemnamus quia plenus est falso colore vt decipiat. laqueis vt capiat. et spinis vt pungat: Tertio dico ꝙ magister noster docuit desiderium eternorum exemplo et verbo. Exemplo quia descendit de celo vt ostenderet nos ad celum debere ascendere. Naturam nostram assumpsit. Ut nos diuinitatis sue participes efficeret.

xp̄i vita verbo exemplo

Mundus decipit. laqueis capit. et spinis nos pungit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et tandem in nostra substantia celos ascendit vt osten-
deret quo tendere debeamus. Item verbo docuit desi-
deriũ eternorum dicens. Gaudete et exultate quia mer
ces vestra copiosa est in celis. Mat. v. Et nolite timere
pusillus grex quia cõplacuit patri dare vobis regnum.
Luce. xij. Nos igitur teneamus hanc doctoris nostri
doctrinam vt ad regnũ celorum diu desideratum tan-
dem peruenire mereamur. Ubi erit plenitudo scientie
quo ad vim rationalem. Plenitudo omnis boni. quo
ad vim cõcupiscibilem. et plenitudo pacis per carentiã
omnis mali quo ad vim irascibilem. Hec igitur sunt
tria in quibus secundum Bernarduz consistit sapiẽtia
presentis temporis. que etiam doctor noster docuit exẽ
plo et verbo. Et hec tria sub alijs tamen verbis tangit
Sene. libro de quatuor virtutibus dicens. Si prudẽs
est animus tuus presentia ordina. quo ad secũduz pre
dictorum futura prouide quo ad tertium. Et preterita
recordare quo ad primum. Sic igitur filius dei est pro
prie magister noster qui non soluz verbo sed et vita do
cuit: Ideo Baruch. iij. de ipso dicitur. Post hec in ter-
ris visus est et cum hominibus couersatus est. Sequit
Hic adinuenit omnẽ viam scientie. De quo dicitur ysa:
xxxiij. Dominus legifer noster. i. doctor legis noue ipe
veniet. Nos igit diligenter attendamus doctrinas tam
fidelis doctoris nostri. non solum vt sciamus sed vt se
cũdum eas operemur. In signuz cuius ea que ipse ver
bo docuit etiam opere demonstrauit. Ac si sua conuer
satione nobis diceret. Discite a me non solum vt scia-
tis sed vt secundum scientiaz bene operemini. Sed heu
multi percipiunt scientiam per magnos labores et fiũt
docti scire et acute intelligere. sed suam scientiam ad
mala opera intorquent non tenentes neqz imitantes
vitam sed nuda verba sui doctoris. Tales sunt qui ex
scientia intumescũt et inflantur. deũ offendunt. ad vi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

cia frena laxant: quibus ipa scientia quā perceperūt in
testimoniū cōtra eos et ī maiorē dānationē ipoꝝ veiet
Exemplū. De quoꝝ numero fuit magister Symon de simone de tornaco
de tornaco de quo dicit in libro de apibus. q pacific⁹
regebat in theologia et erat excelsus suo tēpore in scīa.
sed supra modū incōtinens et supbus. Hic cū super ali
os doctores multos haberet auditores. et in scolis co
ram oībus de humilitate altissime doctrine xpi questi-
onē disputatione prehabita terminaret in fine tandem
datus in reprobū sensum. inexecrāda cōtra xpm blas-
phemie verba prorupit. Tres sunt inquit qui mundū
sectis suis et dogmatibus subiugarūt. Moyses. Ihs
Machometus. Moyses primo iudaicū populū infa-
tuauit: Scdo Iesus a suo noīe xpianos. Tertio genti
lem populū Machometus. Nec mora euersis oculis
pro humana voce mugitū emisit et epylentia statim eli
sus in terrā. Tertio vindictā accepit. Plaga ergo insa- contra theologum superbum
nabili percussit cū omipotens et omni scientia vsq ad
prima litterarū elementa priuauit. Et graui quidem in
anima cū hac plaga percussus est. cū vsq in diem mor
tis sue quasi mutus cōparatus ē iumētis insipiētib⁹
et i luxurie fetiditate permansit. Et vide summe amira
tionis miraculū. Aleydē fornicariā cōcubinā suaꝫ no
minare poterat et sciebat. Boetiū vero de trinitate int-
ta cum pro spectaculo positum quem olim cordetenus
sciebat: Post inditam plagam nec nominare nouerat
nec valebat. Assit ergo timor dñi cū humilitate ne qs
de donis dei. et specialiter de scientia sua intumescat et
cōtra doctorē suū quasi contumax discipulis erigatur.
Sed potius cū humili grarū actione dona dei ad deū
referat quatinus dignus acceptis potiora recipere me
reatur. ab ipo aquo cuncta bona procedunt qui est be-
nedictus in secula. Amen.

Sermo decimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Isis duobus modis: quibus filius dei pre cete-
ris personis diuinis dicit proprie noster. vidēdū
est nunc de alijs duobus modis. Est igit filius dei ter
tio modo noster. scz tanq̄ redemptor noster fortissim9.
et hoc per corporalē passionez. Unde licet a principio
vite sue pugnare cepent et per totā vitam pugnauerit.
tm̄ in fine per passionē et mortē victoriam obtinuit ho-
minēq3 redemit. Filius em̄ dei veniēs in hunc mundū
inuenit dyabolū dominantem in eo qui etiā princeps
mundi dicebat. Nam homini tyrānice dominabatur
quem fraudulenter vicerat et subiugauerat. Idcirco fi-
lius dei assumens naturā nostrā assumpsit: et causam
nostrā. et intrans hūc mundū cōtra predictū tyrannuz
pugnam suscepit. Per totam em̄ vitam suā pugnabat
contra dyabolū ipm. tam ab animabus q̄ a corpori-
bus expellendo. fraudes eius fugiendo. ac homines
a vicijs ad virtutes trahendo. Unde. i. Io. iij. dicitur.
In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera dyaboli
Perfecte tm̄ vicit. dyabolū in sua passione. quādo tan
q̄ pugil fortissimus. et potēs in prelio gloriose de ipo
triumphauit. Ideo psal. hn̄ predixerat: Quis est iste
rex glorie dn̄s fortis et potens. dn̄s potens in prelio.
Ostendit aūt filius dei triplicē fortitudinez cōtra dya
bolū mediante sua passione. Prima fuit q̄ illū for-
tissimū tyrannū de quo dicit. Iob. xli. Non ē potestas
super terrā que cōparetur ei. vicit et prostrauit nō in sua
maiestate: sed in nostra fragilitate cū ipo progrediens
Non em̄ xp̄s contra dyabolū pugnando vtebat sua po
tentia diuina. qua ipm in momento ad nihilū redegis
set aut in infernū deiecisset. Sed armatus fuit nostra
fragili natura et illā obiecit dyabolo. et p illam non tā
agendo q̄ patiendo dyabolū prostrauit. Secunda
fortitudo christi cōtra dyabolū fuit: qr domū eius seu
carcerem cōfregit et om̄s captiuos eduxit predamq3 no

bilem quã dyabolus magnis laboribus collegerat se cum tulit. Unde cõtigit illud Lu. xi. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que possidet. Si aũt fortior illo superueniẽs vicerit eũ vniuersa arma eius aufert in quibus confidebat et spolia ei⁹ distribuet. Tertia fortitudo xpi contra dyabolũ fuit et est: ꝙ armis et signis passionis tantã vim contulit. vt hoĩes per eam dyabolũ vincãt. Quia eñ xps in cruce pro nobis passus et mortuus fuit et tradidit corpus et sanguinē suũ pro nobis redimẽdis. Ideo habem⁹ signum crucis in memoriã passionis et mortis xpi. ac preciosum sacramentũ corporis et sanguinis eius. quibus cõfortati et armati dyabolũ superam⁹ et a nobis fugamus. In illa vero pugna qua xps dyabolũ superauit ipse cõfregit brachia eius. quib⁹ tyrãnidē exercuerat iuxta illud psal. Brachia pctõrum conterentur. Unde brachiũ dñi de quo ysa. dicit. Ecce dñs deus in fortitudine veniet. et brachiũ eius dñabitur. ysa. xxxiij: et ps. Saluauit sibi dextera eius et brachium sanctum eius. Illud ergo brachiũ ꝯtriuit. et cõfregit brachia dyaboli pro parte sed nõ ex toto. Pro quo notandũ est ꝙ dyabolus habet duo brachia. Primũ est quo impellit et trahit hoĩes ad pctã. Et istud brachiũ dñabatur ante aduentum dñi. ꝙ fere totum mundũ exceptis paucis electis traxit in vinculis suis. sed illud est cõtritum pro parte et debilitatũ: quia non permittitur tñ trahere ad malũ ꝙtum desiderat: Unde Ambrosius. Debilis ē hostis qui non vincit nisi volentem. Noluit autem dominus illud brachium totaliter confringere. vt haberemus pugnam et per pugnam obtineremus victoriam. et post victoriam reciperemus coronam. Aliud brachiũ dyaboli est quo impellit et trahit ad infernũ. Istud brachiũ tñ dñabit an aduentũ dñi. ꝙ null⁹ mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

riens poterat ex toto illud euadere. sed nunc pro parte fractū est. scʒ quo ad limbū patrū quē nullus amodo intrabit. Etiā non pmittit tam libere et tam cōmuniter hoīes ad infernū damnatorum trahere sicut cōsueuit. Agamus ergo gratias fortissimo pro pugnatori et liberatori nostro qui nō solū tēpore passionis sue nos fortissime liberauit. sed adhuc cotidie liberare non desinit. Portemus arma passionis xpi in aīa nostra ad honorē liberatoris nostri. et ad cōfussionē dyaboli. et vt nos p ea cōfortemur et armemur. ac pugnantes vincamus. Quātum aūt deo placeat hmōi arma et spāliter crucē xpi portare in nostra memoria patet per hoc.

Exemplū. Scribitur in libro qui appellatur speculū humane saluatiōis. ꝙ quidā deuot⁹ et religiosus vir continuis precibus rogabat deū vt sibi reuelaret. quale seruitiū sibi esset magis acceptuʒ. Quadā igitur vice vidit dñm Iesum ad se venientē. magnamqꝫ crucem in dorso ferentem ac sibi dicentē. Nō poteris mihi gratius et acceptius obsequiū prestare ꝙ ꝙ grauem crucē meam iuues me portare. Et cum ille quereret quomō crucē suam secuʒ baiularet: Respondit dñs. In corde portabis crucē meā per crebram recordationē et cōpassionē. In ore per deuotā gratiaꝝ actioneʒ. In auribus per penarū mearum auidā auditioneʒ. In dorso per carnis tue assiduā macerationeʒ. Quod ille audiens per totā vitam suam adimplere satagebat ꝙ fructuosa et vtilis sit memoria dñice passiōis cū gratiarū actiōe patet in quodam exēplo quod scribit Cesarius in dyalogo. Exemplū. Narrat enī ꝙ in quadā domo regularium canonicorū priori dormitanti apparuit cōuersus quidam qui grangie prefuerat dicens. Dñe cum licentia vestra vado. Et ille quo vadis. Respondit conuersus. Ad deū vado qm̄ mortuus sum in hac hora. Et prior. Cum multi perfecti viri transire habeant per

Crux dni portat' In corde, ore Auribꝫ & dorso.

purgatoriū. quid est quod tu tam absolute dicis te statim esse iturū ad deū. Respondit cōuersus. habebam consuetudinem vt quoties transirez corā crucifixo dicerem hanc orōnez. Dn̄e per illam amaritudinem quam propter me sustinuisti in cruce mari me quādo anima tua egressa est de corde tuo. miserere aīe mee in egressu suo. Et exaudiuit me deus et misertus est mei. Et ait prior. Quomō fuit tibi morienti. Respōdit videbatur mihi in agonia q̄ totus mundus esset lapis vnus et premeret pectus meū Sequit̄ nunc dicere de quarto modo nostreitatis. sc3 quomō filius dei dicatur noster Est aūt quarto mō noster tanq̄ iudex noster. Vn̄ ysa. xxxiij. de ipso dicitur. Dn̄s iudex noster. Et psalmista loquens de aduentu dn̄i ad iudicium dicit. Deus manifeste veniet sc3 ad iudicandū deus noster. i. xp̄s et nō silebit: sed expresse iudicabit: et dabit sententiam pro bonis et contra malos. Ipse nanq3 in primo aduentu Venit occultus et humilis et despectus. Sed in scd̄o aduentu veniet manifestus exaltatus: et gloriosus In voce nanq3 tube descendet: et mortui qui in monumentis sunt. audiēt vocē filij dei. De hoc dicit Iero. Siue comedo siue bibo siue aliquid aliud facio semp videt̄ sonare in aurib⁹ meis illa vox terribilis. Surgite mortui: venite ad iudiciū etc. Quantū ad istud iudiciū tria sunt videnda. Primū erit de iudice. Secundum de accusatoribus. et tertiū de testibus. Quantū ad primū dico q̄ filius dei erit iudex noster. iuxta illud. Joh. v: Pater non iudicat quenq̄ sed omne iudicium dedit filio. Item ibidem. Potestatem dedit ei sc3 pater filio iudicium facere. Apparebit autem omnibus in sua humanitate. vt in ea iudicet in qua iudicatus fuit vt videntes eū in maiestate sua boni gaudeant et mali confundantur. Ideo Job. xix. dicitur. Scio q̄ redemptor me⁹ viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum. sal3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

corporaliter et in carne mea videbo deū saluatorē meū Ac si dicere velit cū eodem corpore quod nunc porto resurgam. et cū oculis meis videbo eum. qui saluabit me per humanitatē suā in hoc mundo. Deinde liberabit me ab inferno et tandem finaliter saluabit me. assumendo me in regnū suum. Item ostendet signa passionis sue. scz cycatrices vulnerū in corpore suo crucē clauos et lanceam. Et sic boni videbunt ꝙ misericorditer: et ex ꝙta caritate dominus eos saluos fecerit. Mali vero videbunt quid deus pro eis fecerit et pertulerit et ꝙ iuste dannandi sint. Unde Crisostomus dicit. Nō erit tūc necessitas excusationis cum viderint crucem et ipm christū habentem in corpore suo testimonia passionis. Item dominus habebit assessores. scz ipsos apostolos quibus dixit. Cuz sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos sup sedes duodecim. iudicantes. xij. tribus israhel. Mat. xix. et Lu. xxij dicitur. ꝙ dominus ante passionez suaz dixit discipulis suis. Uos estis qui mecū permansistis in tēptationibus meis. et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū. vt edatis et bibatis super mensam meam in regno. et sedeatis super thronos duodecim. iudicantes duodecim tribus israhel. De hoc etiā dicit ysa. iij: Dominus ad iudicanduz veniet cū senioribus populi et principibus eius. Quātum ad secundum dico ꝙ quattuor erunt accusatores in extremo iudicio: Primus erit iudex. Ipse enī dicet malis. Esuriui et nō dedistis mihi mādūcare. etc. Mat. xxv. Unde et psal. in persona dñi dicit. Arguā te et statuā contra faciem tuam. Secūdus erit mundus totus qui conqueretur. ꝙ seruierit ei vt seruiret deo. Et quia peccator hoc non fecit. ideo totus mundus potest conqueri ꝙ frustra seruierit ei. Ideo sapientie. v. bene dicitur. Pugnabit cū

illo orbis terrarum contra insensatos. Tertius accusator erit consciencia propria. Quis ergo tūc excusabit peccōr cz qñ ꝓpria ɔscia que tūc manifestabit eū accusabit Vñ Daniel.vij. dicit. Iudiciū sedit: et libri. scz conscientiaꝝ aperti sunt. Et Apo .xx. dicit. Libri aperti sūt Et alius liber apertus ē qui est liber vite et iudicati sūt mortui ex his qui in libris scripta erant Quartus accusator erit dyabolus cuz satellitibus suis. Ipsi nanqꝫ replicabunt omnia peccata peccōrum et circumstantias eorum et requirent iustam sententiam de ipsis. Quātū ad tertiū dico ꝙ tres erunt testes in iudicio. Primus erit ipse iudex cui nihil potest occultari. iuxta illō Boetij in fine libri de cōsolatione philosophie. Ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Deus igitur ē testis fidelis et verus qui est principiuz creature dei. Apo. .iij. In persona cuius dicit malachie vltīo. Ero testis velox maleficiis. Et Hiere.xxix. dicit. Ego sum iudex et testis dicit dñs. Secundus testis est angelus nobis in custodia deputatus qui est omniū actuū nostrorum conscius. Ipse tunc ostendet se mundū a sanguine peccatoris. eo ꝙ ipse bona suggesserit et peccōr ɔtra voluntatē eius mala perpetrauit. Ideo Iob.xx. dicitur. Reuelabunt celi. i. angeli iniquitatem eius. Terciꝰ testis est ipm peccm̄ quod fecimus et quod ꝑ penitētiaz non est deletum. Ideo Sapientie.iiij. dicitur. Traducent illos ex aduerso iniquitates eorum. De hoc Bernardus sic dicit. Tunc scilicet in iudicio loquentia eiꝰ opera dicent. Tu nos egisti opera tua sumus non te deseremus. sed sem per tecum erimus. et tecum ad iudicium pergemus multisqꝫ et multiplicibus criminibus eum accusabunt. hec ille. Ecce cum quali verecundia vel pudore peccator veniet ad iudicium portans secū peccata sua. Sicut fur deprehensus in furto ducitur ad iudicium aligata sibi re quā furatus est. Exēplū

celi: i. angeli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

De ostensione diuini iudicij legit᷑ inter miracula beate Marie ꝙ in dyocesi exoniensi fuit quidā abbas monasterij cauescbocie Blaterus noīe tam male vite et fame ꝙ per angliā cātu histrionū notus fieret. hic multis annis grauissima infirmitate flagellatus. vitā suam nō emendauit: nec videbat᷑ in eo aliquod iudiciū sperande salutis. nisi ꝙ beatā. Mariā in magna veneratione habuit. Tertia die ante obitū eius q̄ fuit feria quinta nam sabbato obijt. destitut⁹ fuit motu corporis. quasi mortuus et facto eo in quodā mentis excessu talis sibi apparuit visio. In quodam immense latitudinis loco thronū grandē cernebat. et super thronū crucē splendidissimā erectam. in qua quidā pēdebat clauis affixus coronā spineā gestans in capite. et habēs latus lancea perforatū vnde sanguis effluebat. Ad cuius dexteram ī throno residebat quedā matrona reuerēda. circa; quā erat infinitus exercitus angeloꝝ et diuersorū sanctorū Ad sinistram vero: sed longius stabat innumerabilis multitudo demonū. Et statim innumerabilis multitudo hominū diuersorum statuū aduenit. Qui quadā vi occulta abinuicē euellebant᷑ tendebātq; quidā cum gaudio ad dexterā/ et quidā cum merore ad sinistram. Cū autē abbas predictus cōpulsus esset venire ad iudicium turbatus horrore nimio accusante conscientia cum ad leuā se trahi sentiret corā iudice humiliter prostratus cū lacrimis misericordiā dei precabat᷑. Tūc ille crucifixus toruo vultu intuens eum dixit. O homo tēpus hoc iudicij est nō misericordie. Tēpus est vt accipias secūdū opera tua. aditū tibi obstruxisti misericordie quā postulas nulla tibi pars mecum est. Iam enī factū est iudicium tuum. Et his dictis tacuit. Tūc abbas lacrimabiliter se cōuertit ad matrē crucifixi. et magnis p̄cib⁹ multisq; lacrimis eius suffragiuꝫ īplorabat

Tunc illa ad filiū se conuertens. Fili inquit si fieri pōt exaudi miserum istū qui ꝑ me clementiā tuam exorat. Ait autē ad eã. Mater iusticia nō sinit fieri qd̓ postulas: licet nanqꝫ misericors sim. iusticiam omittere non possum. Ecce vt ipi dixeram iudiciū, suū factū ē. Quo dicto ipsa dixit ad obbatē. Audis homo infidelis qr ego pro te non exandior. Jam audisti factū iudicium tuū. Quid ergo spei super est. At ille. Nescio inquit domina tu melius nosti quomō filiū tuū moueas et iudicem meū flectas. Et si factū nouerim iudiciū meum tñ nondū audio datū. Cū igit̄ prostratus multū fleret et obnixe misericordiā eius imploraret illa surrexit et añ thronū genua flectens: ostendit filio suo corpus quo ipsum portauerat. et manus quibus ei ministrauerat et vbera quibus cum lactauerat. Et tandem ipsum flexit suis precibus et misero misericordiam impetrauit. Tunc illa conuersa ad abbatem. Ecce inquit spem venie inuenisti. Tu ergo redibis ad tuos et prepara te q̃a tertia die moriturus es. Statim ille qui defunctus putabatur ad se rediīt et conuocatis omibus qui in monasterio erãt visionē enarrauit. Obijt cū magna cōtrictione die sibi predicta. maiorē letitiā amicis suis relinquens de sua salute q̄ȝ de morte mesticam. vt puta quē cernebant ab isto seculo: cū spe ac fiducia sup misericordia dei migrare ad gloriaȝ sempiternã. cuius nos participes efficiat deus per suam misericordiam qui est superbñdic us in secula. Amen.

Sermo vndecimus.

q Ui es in celis. Hec est secūda particula captationis beniuolentie. Et est quedam breuis cōmendatio illius qui petitur vt tanto facilius moueatur cōcedere quod petitur. Cōmēdatur igit̄ per hoc q̄ȝ dicitur esse in celis. Pro quo notandū est q̄ȝ q̄ȝtum ad pro Celum quadruplex—

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

positum sufficit quadruplex celũ distinguit: Primũ est celũ increatũ. scȝ ipa sancta trinitas. de hoc celo dicit psal. Dñs de celo prospexit. Item dñs in celo sedes eius. Hoc celum est. Vñ filius dei descendit. iuxta illd psalmiste. A summo celo egressio ei⁹. Et ad quod per assumptam humanitatẽ ascendit. Nec solum de celo: sȝ et de celis descẽdisse. dicit qr scdȝ nr̃am naturã ñ solũ minor patre factus fuit sed et ab angelis fuit paulominus minoratus eo ꝙ humiliauerat semetipm formaȝ serui accipiens. Dicit aũt sancta trinitas celuȝ et sedes dei. quia ipsa in se quiesuit nunc sicut et semp quieuit et quiescet. Unde quidã versificator bene quesiuit in vno versu de loco dei et respondit in altero dicens. Dic vbi tunc esset si preter eũ nihil esset. Tunc vbi nunc in se qm̃ sibi sufficit ipse. Istud celũ est immobile et immutabile: quia primũ mouens est immobile vt dicit Aristoteles in fine octaui phisicoꝝ. Ideo per prophetã dñs dicit. Ego dñs et non mutor Malachie. iij. Et Boetius .iij. de cõsolatione philosophie metro. ix. dicit. Stabilisq3 manẽs dans cũcta moueri. Sic in quodã hymno cantat. Rerũ deus tenax vigor imotus i te permanẽs etc. Secundũ celũ est creatũ et extensum corporaliter inuisibile et immobile scȝ locus beatorũ spirituum. et oĩum sanctarũ animaꝝ. Super hoc celum dicit xp̃s ascendisse. iuxta illud psalmiste. Psallite deo qui ascendit super celum celi vel celos celorũ ad orientẽ. i. super omnes choros angelorũ vsq3 ad celũ trinitatis. Ubi est oriens vnde omne bonũ orit. Sic etiam dicitur ad Ephesi. iiij. Qui descendit ipe est et qui ascendit super omnes celos vt adimpleret omnia. De hoc dicit in orone dñica. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. vt postea suo loco dicet. Et Lu. xv. dicitur: Gaudiũ est in celo super vno peccatore penitẽtiam agente. Tertiũ est celum creatuȝ: mobile stellarũ et visibile. scȝ in quo

Locus dei ubi . vers.

ſunt ſeptem planete et ſtelle. licꝫ in diuiſis orbibus ſeu
ſperis. de hoc dicitur Daniel. iij. Benedicite ſtelle celi dño.
Nec ibi ſunt aīe beatoꝝ tanꝙ in requie glorioſa ꝑut
quidam philoſophi ꝯfinxerāt. ſicut Aug. narrat. Hoc
celum eſt cōtinuo motus circūferens planetas et ſtel-
las diſtinguēs nobis dies et noctes menſes et annos
Sed poſt iudicium ceſſabit motus eius et ſuarū par-
tium quia tunc motus eius fruſtra fieret. cum nulli de
ſeruiret. quia beſtie non erunt. terra ab omni ſorde pur
gata. non feret fructum. homines vero erunt in celo vel
in inferno. Quartū eſt creatum ſed ſpirituale ſcilicet
anima iuſti. Unde grego. Quid per celos niſi iuſtos
accipimus. Item idem pertractans illud verbum. yſa.
vltimo. Celum ſedes mea eſt dicit. anima iuſti ſedes
eſt ſap entie. Quia ergo ſapientia eſt deus et anima iu
ſti ſedes eſt ſapientie. Celum vtiqꝫ eſt anima iuſti. hec
Grego. Quomodo anima autem iuſti ſit celum dicetur
latius in ſermone ſequēti. Iſtud celū ē intra nos et mo
bile eſt et mutabile ſed tamen incorruptibile. Mutatur
eñ de bono in melius vel de bono in malum. Mutatur
etiam de malo in peius et de malo in bonum. Erit m̄
immutabile quando mortale hoc induent immortali
tatem et corruptibile hoc induit in corruptionē. Pri-
miſſa igitur diſtinctione predicta de multiplici celo. Di
cendum eſt quomodo. deus qui eſt pater noſter dicatur
eſſe in celis. Et primo quomodo ſit in celo beatorum:
id eſt in regno celorum. Deinde quomō ſit in celo ſpiri-
tuali. id eſt anima iuſti. De alijs vero duobus modis
accipiendi celum non eſt multum ad propoſitū. Quātū
ad primum dico ꝙ pater noſter eſt in celo ſurſum cum
beatis: In ſignum cuius oculos cum manibus ſole-
mus ſurſum leuare quando aliquid petimus a deo.
Unde pſalmiſta dicit. Adte leuaui oculos meos qui
habitas in celis.

Anima iusti celum dei
sapientia deus est

[illegible] erunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Sed hic queritur quomõ deus dicit̃ esse in celo beatoꝝ
cum sit vbiq̃. Unde Piere. xxiij. Nunquid non celum
et terrã ego impleo dicit dñs Et psal. dicit. Si ascende
ro in celo tu illic es si descendero ad infernũ ades. De
hoc dicit Greg. in moral'. sic. Deus est intra omĩa. extra
oĩa: supra oĩa. infra omnia. Superior est per potentiaz
inferior per sustentationẽ. exterior per magnitudinem.
interior per subtilitatem. Sursum regens. deorsuz con
tinens. exterius circũdans. interius penetrans. Nec a
lia ex parte superior. alia inferior. aut alia ex parte inte
rior. et alia ex parte manet exterior. Sed vnus idemq̃
totus vbiq̃ presidendo sustinens. sustinendo presidẽs
Circumdando penetrans. Penetrando circundans.
Unde superius presidens. Inde inferius sustinens.
Et inde exterius ambiens. Inde interius replens.
sine inquietudine superius regens sine labore inferius
sustinens. Interius sine extenuatione penetrans. exte-
rius sine extensione circundans. Hec omnia. Grego. et
Bernar dicit. Deus vbiq̃ equaliter totus est per suam
simplicem substantiam. Item idem vbi nõ est deus al
tior est celo. profundior inferno. latior est terra. mari dif
fusior. nulli abest nec vllo capit̃ loco. vbiq̃ regnat vbi
ꝗ imperat vbiq̃ maiestas eius. Omnia replet cõple-
ctitur vniuersa. Cum igit̃ deus sit veraciter et realiter
vbiq̃. Quare nõ dicimus pater noster qui es in terris
vel in aquis. etc̃. sed dicitur qui es in celis. ac si solum
sit in celis. Respondet̃ ꝗ deus potius dicit̃ esse in celo
beatorũ ꝙ alibi: quia ibi se magis ostendit et glorio-
sius ac mirabilius operatur. Sicut anima humana di
citur esse in corde vel in capite. licet sit tota in toto cor-
pore et tota in qualibet parte. Est igitur pater noster in
celis cuz dilectis filijs suis tanꝙ lux pulcerrima. tanꝙ
cibus desiderabilissimus et tanꝙ melodia dulcissima
Primo dico ꝗ pater noster est in celis cum dilectis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

filijs suis tanq̄ lux pulcerrima. Unde. Jo.i. dicitur: Deus lux ē et tenebre in eo nō sunt ulle. Sic in hymno cantatur. O lux beata trinitas. Ideo saluator noster dicit. Ego sum lux mundi. Jo.viij. De ipso etiam dicit Jo.i. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et Jo.iij. dicit. Lux venit in mundum. et dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem. Ista lux est pulcerrima non ledens sed ultra modum delectans intuentes. Unde Eccl'.x. dicit. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Quod utiq̧ non de sole visibili corporaliter. nec de oculis carnalibus est intelligendum: cum iste sol oculos intuentium ledat et aciem reuerberando quodam modo caligare faciat et obscuret. Ista lux penetrat beatos et eos intus et foris plenissime illuminat. intātum vt ipsi sic illuminati dicātur fulgere sicut sol in regno patris eoꝝ Mat.xiij. Ideo ciuitas superna plena est claritate nec indiget sole vel luna vel stellis vt luceant in ea. Unde ysa.lx. dicitur. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem nec splendor lune illuminabit te. sed erit tibi dominus in lucem sempiternam: Cui consonat illud Apoc.xxi. Ciuitas non eget sole neq̧ luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit illam et lucerna eius est agnus. Per istud lumen habent sancti cognitionē dei suijp̄oꝝ et omniū que scire desiderant. Quod clare patet in exēplo quod Grego. in dyalogo scribit de beato Benedicto sic inquiens. Exemplum Cum vir domini Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans vigilijs nocturne orationis tempora preuenisset ad fenestram stans et omnipotētem dominū deprecās vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse. tantoq̧ splendore clarescere. vt diem vinceret illa lux que in tenebris radiasset. Mira autē valde res in hac speculatione secuta est: q2 sicut post ipse narrauit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Omnis etiam mundus velut sub vno solis radio col/
lectus ante oculos eius adductus ē. Et post pauca sub
dit. Fixum tene petre quod loquor: quia anime videnti
creatorem angusta est omnis creatura. Quālibet enim
parum de luce creatoris aspexerit: breue fit ei omne qđ
creatū est: quia ipsa luce visionis intime: mentis laxa/
tus sinus tm̄ expanditur in deo vt superior existat mun
do. Et post pauca subdit. Quid itaqꝫ mirū si mundus
collectū ante se vidit. qui subleuatus in mentis lumine
extra mundum fuit. Quod autē collectus ante oculos
eius dicit mundus. non celū et terra cōtracta sunt. sed
videntis est animus dilatatus qui in deo raptus vide
re sine difficultate potuit omne quod infra deū est hec.
Grego. Si ergo beatus Bn̄dictus in hac vita mortali
potuit tā clare et distincte videre in lumine diuino q̄ttū
putamus btōs in patria clarius et perfectius cognosce
re vbi sanctam trinitatē sine medio intuētur Exēplū
Simile huic legit de Tungdalo milite. cuius ani̇a
educta ab angelo. et deducta per loca penarū. tandem
peruenit ad requiē beatorū: Et cum ibi esset vidit sine
difficultate et sine impedimēto oīa que in celo et sub ce
lo fuerūt: Vidit em̄ quasi sub vno solis radio gaudia
beatorū. tormenta miseroꝝ. statum mundi. nec habe/
bat necesse sicut prius. suū ductorez interrogare de his
que videbat. quia omnia clare discernebat. Secūdo
principaliter. dico q̄ pater noster est in celis cibus bea/
torū delectabilissimus. Ipse nanqꝫ seipsum tribuit gu
standum et plene fruendum Ipse quippe est dulcissim⁹
quem sacra scriptura frequenter dulcem et suauem. Et
merito quia ipse fons est omnis dulcedinis. respectu
cuius omnis dulcedo que per creaturas dispersa est.
Etiam similis esset quasi gutta ad vniuersum mare.
Ve igitur illis qui modico tempore guttam vnam eli/
gunt lingere. et fluenta perpetue dulcedinis despiciunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

De hmōi dulcedine diuina dicit psalmista. Gustate et videte quoniā suauis est dn̄s. Item ꝙ magna multitudo dulcedinis tue domine quā abscōdisti timētibus te. Ecce ꝙ ps. volēs exprimere dul cedinē dei nō dicat solum magna dulcedo nec multa dulcedo: sed vtrūq3 cōnectit. Et excellentiā illius dulcedinis disignare volēs et exprimere nō valens: vtrumq3 cū amiratione cōiunxit dicens. ꝙ magna multitudo dulcedinis tue domīe Ista dulcedo multū delectabilis est quia nec continet aliquid amaritudinis nec fastidiū generat: sed semper esurientes satiat et satiando esurietes facit. Et tam mirabiliter immutat beatos ꝙ quasi obliuiscētes scipos totaliter ferunt in deū quez tam dulcem esse sentiunt. De ista dulci cibatione qua beati satiant dicit Lu. xij. Faciet illos discūbere et transiens ministrabit eis. Filius ergo dei ministrat beatis discūbentibus in regno: quia per eius meritū ad regnū perueniunt. Ideo Lu. xxij. dicitur ꝙ discipulis suis dicit. Vos estis qui permansistis mecū in tēptationibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū vt edatis et bibatis sup mensam meā in regno patris. Hinc ē ꝙ regnū celorū appellatur cena vel nuptie. non ꝙ ibi corporalis fiat refectio. sed vt designet perceptionis dulcedo. Tertio principaliter dico ꝙ pater noster ē in celis melodia dulcissima: et hoc p in eternū gaudiū quo beati replent. Deus em̄ tāto gaudio eos pfundit ꝙ in dulcedine ipsius cytharizare videt. in tm̄ vt pre magnitudine gaudij vix possunt scipsos capere. Istud gaudium promisit dominus dicens. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Jo. xv. De hoc gaudio dicit psalmista. Adimplebis me leticia cum vultu tuo: Item letificabis cum in gaudio cum vultu tuo.

in paradyso nō erit refectio corporalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Ad hoc gaudium bonus seruus intromittitur cum dñs ei dicit. Euge serue bone et fidelis. etc̄. Intra in gaudium dñi tui. Mat. xxv. Nec mirū q̄ beati habent plenum gaudiū quia nec habent timorē nec dolorem nec laborē nec defectū: sed omne qd̄ volunt habent. et quod nolunt non habent. Ideo bene de gaudio btōꝝ dicit̄. ysa. li. Letitia sempiterna super capita eoꝝ gaudium et letitia obtinebūt. Et in psalmo. Exultabunt sancti in gloria letabunt̄ in cubilibus suis. Et. i. Petri primo. Exultabitis letitia inenarrabili et glorificata. Ex isto gaudio beati mouent̄ deū sine intermissione collaudare. sine labore sine tedio sine fatigatione. cantātes semꝑ alleluya. i. canticū letitie. vt dicitur Thobie .xiij. et Apo. xix. Jō apo. xix. dicit̄. Vox de throno exiuit dicens. Laudē dicite deo nostro omnes sancti eius Et Aug⁹. in libro de ciuitate dei dicit. Ibi vacabim⁹ et videbimus. videbimus et amabimus. amabimus et laudabim⁹. De hac materia gloria beatorū in regno celorū latius infra dicet̄ cum ꝑtractabit̄ secūda petitio scꝫ. Adueniat regū tnū. Hanc dulcedinem btōꝝ deus quibusdā in morte preostēdit vel vt ip si cōsolent̄. vel vt ex hoc alij edificent̄. Sicut Grego. in dyalogo et in quadā omelia dicit de quodā seruulo paralitico a natiuitate. et rebus paupere. Exēplum Qui in sua infirmitate et paupertate semper deo seruire et gratias agere cōsueuit. Sed cū tēpus retributionis eius adueniret. quo mercedem a deo reciperet et alij coram eo psalmos decantarent ipseqꝫ cum eis psalleret. Voces psallentiū repente compescuit dicēs. Tacete tacete. Nunqd non auditis q̄te resonant laudes in celo. Et dum ad easdem voces quas intus audierat aurem cordis intēderet. sancta illa anima carne soluta est. Qua scꝫ exeunte tanta illic fragrantia odoris aspersa est. vt oīs illi qui aderant inestimabili suauitate replerentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Exemplum. Item idem in omelia et in dyalogo dicit. de quadã romula religiosa femina que mire fuit patientie summe obedientie. custos oris sui et custodiosa in oratione. Hec multis annis infirmata et pene omniũ membrorũ officio destituta. Quadã nocte vocauit magistrã suam redemptam noĩe dicens. Mater veni mater veni. Et cũ illa venisset. et lectulo eius vna cum alia discipula assisteret. in noctis medio lux celitus emissa. omne illius cellule spaciũ impleuit. Audiebaturq̃ quasi multitudo ingredientiũ: sed minime videbatur. Quã lucem miri odoris fragrantia subsecuta est ita vt earum animũ quia lux terruerat odor suauitatis refoueret. Deinde lux illa paulatim subtracta est: sed odor remansit vsq̃ ad quartam noctem in qua viaticũ suscepit. Quo facto in platea ante ostium cellule duo chori psallentium constiterunt. Et sicut poterant sexus ex vocibus discerni. psalmodie cantus dicebant viri et femine respõdebãt. Cũq̃ ante fores cellule exhiberent celestes exequie sancta illa anima carne soluta ẽ. Qua ad celum deducta. quanto chori psallentium altius ascendebant. tanto cepit psalmodia leuius audiri. quousq̃ psalmodie sonitus et odoris suauitas elongata finiretur. Nos igitur totis viribus illud peruenire satagamus. Ubi pater noster se talem exhibet. scilicet tam claram lucem. tam delectabilem cibum et tam dulcem melodiam omnibus sanctis eius. qui cum eo viuunt et regnant in seculorum secula. Amen.

Sermo duodecimus

P Oq̃ dictum est quomodo deus sit in celo empireo siue in celo beatorum regnantium. Nunc videndum est quomodo sit in celo nostro interiori. id est in anima nostra. Pro quo notandũ q̃ deus dicitur habitare in bonis hominibus. Unde Jo. xiiij. dicitur

deus habitat in bonis hominibus. ~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Si quis diligit me sermonē meū seruabit et pater me⁹ diliget eum: et ad eū veniemus et mansionē apud cuȝ id est in eo faciemus. Et prima ad Cor. iij. dicitur. Ne scitis quia templum dei estis. et spūs dei habitat in vobis. De hoc dicit Seneca in epistola. Prope deus est tecum est. intus est. Ita dico. Sacer intra nos spiritus sedet maloꝝ bonorūqꝫ nostrorū obseruator et custos. Hic prout a nobis tractatus est. ita nos ipe tractat. hec ille. Et Aug⁹. dicit. Deus est in anima sicut sponsus in thalamo. Ipse nanqꝫ deus animam nostrā ad hoc cōdidit et ad hoc elegit vt eēt domus ei⁹. sic vt de ea dicere possit illud psalmiste. Hic habitabo quoniā elegi eam. Et quia deus habitat in aīa boni hominis. ideo ipse potest dici celū. Unde psal. dicit. Celi enarrāt gloriam dei. qd̄ de iuris apostolicis et iustis scdm glo. intelligitur. Item. Confitebunt̄ celi mirabilia tua domine Item annunciabunt celi iusticiam eius etc. Cum igit̄ deus noster sit in celo: et nos ad hoc fecerit et elegerit vt in nobis quasi in celis habitet. satagamus ꝙtum possumus vt celi simus quatinus deo placeat habitare in nobis. Debemus autem cōsiderare quattuor puncta in celo visibili siue stellato ex quibus possumus doctrinam trahere quomodo efficiamur celi spūales. Primum est ꝙ celum est ornatum et pulchruȝ ad videndū et hoc propter planetas et stellas ibi iugiter lucentes. Sic reuera debet anima nostra esse stellata et luminosa. i. debet eē plena virtutibus et operib⁹ bonis. Sicut enī in celo sunt diuerse stelle quedā maiores: et quedā minores. sic ē de virtutibus et opibus bonis nā faciūt aīaȝ lucidā ad itra. et lumīosaȝ ad extra. Ideo saluator noster dixit. Luceat lux vestra corā hoībus vt videant opera vestra bona. Mat. v. et Lu. xij. Lucerne ardentes in manibus vestris. Ad hanc lucem perueniūt homines quando conuertuntur a vicijs ad virtutes vel a

mala vita ad bonam. Sic dominus dixit Paulo. Mit
to te aperire oculos eorum vt conuertantur de tenebris
ad lucem et de potestate sathane ad deum vt accipiant
remissionem peccatorũ et sortẽ inter sanctos Act. xxvi.
Et ipse non immemor commissionis diuine nitebatur
quantum potuit. eterni solis splendorem tenebris gentiũ
infundere. Unde dixit abijciamus opera tenebrarum . i. vitiorum.
et induamur arma lucis. Ad Ro. xiij. Ut autem celũ lucis. i. virtutis
nostrum id est anima nostra perfecte ornetur et salubri
ter luceat. debet primo et principaliter lucem habere in
trinsecam. id ẽ debet bene operari et virtutes colligere
absque viciosa cõmixtione corrupte intẽtionis. sicut stel
le sunt pure et munde. nec habent aliquid feditatis aut
sordis admixtũ: Debet autẽ intentio bene operãdi res
pectum habere ad deum. ad ipsam animam et ad pro
ximum. Ad deum vt ex nostra luce glorificetur. Unde
cum saluator noster dixisset: Uideant opera vestra bo
na. subiunxit et glorificent patrem vestrum qui in celis
est. Ideo Baruch. iij. dicitur. Stelle luxerunt cum iocũ
ditate ei qui fecit illas. Et psal. dicit. Domine in lumi
ne vultus tui ambulabunt. Sequitur post. Quoniam
gloria virtutis eorum tu es. Ad ipsam animã debet in
tentio fieri vt omnia fiant ad salutem eius. Non enim Nota
placet deo quod hoc fiat quasi ad honorẽ et gloriam eius
per quod salus anime negligatur. Ideo Baruch. iij.
dicitur. Stelle dederunt lumen in custodijs suis. id est
in animabus. Etiã debet intentio referri ad proximum
nostrũ. vt ipse possit edificari ex operibus nostris. Nõ
enim debet accensa lucerna poni sub modio. id est sub
vase sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in
domo sunt. vt dicitur Mat. v. Sic apostolus commen
dauit philippenses dicens. In medio nationis praue
et peruerse inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo
Ad phil. ij. Sed heu Hiere. iiij. de quibusdam dicitur:

fui

Cth. i. sacerdotis

Uidi celos et non erat in eis lux. Ubi per celos intelliguntur prelati qui deberent habere vitā celestē et lucere bonis operibus. Quidā vero lucē ostendūt foris non verā sed fictā. non vt edificent: sed vt honorentur ab hoībus de quibus dicitur. Job. xxxviij. Auferetur ab impijs lux sua. i. quā fingunt et simulatorie ostendūt fallentes semetipsos et alios. Item Job. xviij. dicitur Expellet eum de luce ad tenebras. Ista est lux ypocritarū qui satagunt hoc apparere quod veraciter nō sunt Sed adueniēte morte lux illa sophistica deficiet et apparebunt tenebre interiores et ipsi eijciētur in tenebras exteriores perpetue dāpnationis. Exemplū Sic fuit de solitario quodā qui ab oīb⁹ reputabatur sanctus propter quod cū morti appropinquaret et hoc diuulgatum esset. Venerūt q̄plures homines cū cereis ardentibus vt tam sancto viro obsequium funerale solēniter exhiberent. Sed cuiusdā sancti patris illuc aduenientis deus aperuit oculos: qui vidit in hora mortis illius solicitarij. tartaricum cū tridente nimis crudeliter aīam eius extrahentē. Et facta fuit vox desuper dicēs. Sicut hec anima non permisit me quiescere sic nec eam quiescere permitte. Exemplū Similiter fuit de illo misero magistro regente parisius in theologia. de quo legitur in cronicis carthusie. Cum esset magne scientie ac bone ac sancte vite putaretur. obijt circa annū domini M. lxxxvij. Ad cuius exequias cum pene vniuersitas magistrorū et scolarium conuenisset et sepeliri deberet clara voce cunctis audiētibus dixit. Justo dei iudicio accusatus sum. Sequenti die multis pluribus congregatis dixit. iusto dei iudicio iudicatus sum. Quapropter reseruatus vsq; ad aliam diē. cū vero tota ciuitas conuenisset dixit coram omnibus. Justo dei iudicio cō demnatus sum. Ecce qualiter ille false et solū apparēter lucens expulsus fuit de luce sua ad veras tenebras.

De fingentibus bonum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Secundum quod considerare possumus in celo vi-
sibili et stellato est quod ipsum habet motū ordinatū
quo circūuoluitur et tñ locum suū nunq̄ mutat ymmo
semper in eodē loco permanet. sic q̄ est quodāmodo
mobile et fixum. Sic aīa vt sic celum dei semp̄ debet eē
in motu obedientie respectu sui motoris qui est deus.
Et debet habere motū ordinatū vt moueat̄ et moueat
Debet enī sic subdi deo vt ad oēm et solam dei volun
tatem moueatur nunq̄ mutans locū ab eo recedendo
vel ei cōtradicendo aut mandatum eius transgredien-
do. Item debet regulariter mouere et gubernare corp⁹
et sensus ac membra vt non moueant̄ nisi scd̄m dicta-
men recte rationis. et secūdum voluntatē a deo motaȝ
et gubernatam. Talis enī motus est ordinatus et regu
laris. vbi superiora regunt inferiora. vbi spūalia regūt
corporalia. Ubi et ea que recta sunt regunt et mouēt ea
que obliqua et indirecta esse possunt. Decet namq̄ vt
dñs dominetur. et seruus famulet̄. dñs presit et famu-
lus subsit. dñs precipiat et seruus obediat. Sic ergo
anima nostra mota et mouens vtrobiq̄ deo placens
et ab eius voluntate non discedēs summā habet paceȝ
et quietem. De hoc leo papa sic dicit. Tunc est vera pax
et vera libertas quādo et caro aīo iudice regitur et ani-
mus deo preside gubernatur. Hec est vera pax a dei vo
luntate non diuidi et in his q̄ solius dei sunt delectari
Quādo enī sensualitas nulla parte resistit voluntati et
voluntas nulla parte cōtradicit rationi tunc est sereni-
tas mentis tunc est regnū dei. hec Leo papa. Sed qui
dam sunt sicut terra que moueri non potest per motum
superioris sed interdum habet motum propriuȝ malū
et nociuū per ventū inclusum. i. per malam inspiratio-
nem dyabolicam. Et sicut corpora celestia per motum
lumen et influentias insensibiliter immutant inferiora
Sic reuera anima virtutibus illustrata et ad omnē dei

vera pax & vera libertas

voluntatem parata et mobilis frequenter monet et im
mutat alias animas vt ad similia prouocentur. Sed
anima peruersa et singularis in sua volūtate sicut deo
est inobediēs sic alias aīas nō ad bonū prouocat sed
magis a bono reuocat et ad malū pertrahit. dat enim
malum exemplū proximis et sic deum offendit et gra-
ues penas meretur. Exemplū De hoc narrat Ce-
sarius in dyalogo tale exemplū. Ait eniz ꝙ in francia
in quadam domo cisterciensis ordinis fuit quidā mo
nachus singularis vite ex indiscreto feruore q̄ ab abba
te suo super hoc redargutus ei non acquieuit. sed in suo
sensu permansit. Cumqꝫ deffunctus esset quadā nocte
eidē abbati apparuit in suo stallo stanti. Quē abbas
videns et agnoscēs interrogauit eū. an aliquid pro ino
bedientia passus esset. Respondit ymmo multa et ma
xima tormenta. Sed quia in tentio mea bona fuit licet
indiscreta non sum damnatus. Tertiū quod consi-
derare possumus in celo visibili est ꝙ ipm est firmum
et incorruptibile: quia nec per se potest corrumpi cū nō
habeat in se cōtrarias qualitates nec aliquā actionem
aut passionem sui corruptiuaz. Etiam ab extra nec frā-
gi nec ꝯburi nec aliter destrui potest Idcirco a sui firmi
tate firmamentū appellat̄. Unde Job. xxxvij. dicitur.
Celi solidissimi quasi ere fusi sunt. Sic reuera homīes
qui volūt deū habitare in se debent esse firmi cōstan-
tes et sic incorruptibiles vt nec per se a bono deficiant:
nec aliunde se corrumpi permittant. Sunt aūt tria que
aīam iusti faciunt esse firmā. Primū est adiutoriuz
dei desuper eum firmiter tenentis. Unde psalmista dr:
Dn̄s firmamentū meum. Itē firmamentū est dn̄s ti-
mentibus eum. Ideo letanter psal. dicit. Mihi autem
adherere deo bonū est. ac si dicere velit. Adhereat car-
nalis sue carni: adhereat secularis mundo. adhereat
peccator vicio ymmo dyabolo. Mihi autem adherere

Justi anima ex tribus firma fit

deo bonū est. Alij nanq̧ male stātes cadent. ego vero in dño confidens non corruā. Secundū est forte firmamentū inferius sustinens. scꝫ vera caritas. Nam fortis est vt mors dilectio. Canti. vltīo. Itē ibidēꝫ. Aque multe non potuerūt extinguere caritatē. Sic fuit de apostolo qui scribens ad Ro. ait. Quis nos seprabit a caritate xp̄i. etc̄. que sequunṫ ad Cor. viij. Ideo ad ephe. tertio dicit̄. In caritate radicati et firmati. Caritas em̄ debet esse radix et fundamentū omnium virtutū. Vn̄ q̄to arbor est melius et profundius radicata. et q̄to domus est melius et firmius fundata: tanto firmius stat et difficilius cadit. Caritas em̄ nunq̄ excidit. vt dicitur prima ad Cor. xiij. Tertiū est verbum dei quod auditū confortat in prosperis et aduersis. Ideo psal: dicit. Verbo domini celi firmati sunt. Et licet hoc possit et debeat principaliter intelligi de verbo dei increato tamen potest conuenienter etiam intelligi de verbo dei inspirato vel vocaliter expresso: Unde psal. dicit. Confirma me in verbis tuis: Ve ergo illis qui incōstantes et instabiles sunt. q2 deū habitare in se non permittūt. Eorū em̄ inconstantia ex p̄ctō habet ortū et ad peccatū trahit. Ideo bene dicit̄. Treñ. i. P̄ctm̄ peccauit hierusalem ꝑpterea instabilis facta ē. De stabilitate vel constantia qua homo mereṫ fieri celū vel habitaculū dei. sic vt etiā deus per eū mirabiliter opereṫ. Ponit Cesarius in dyalogo tale. Exempum. Quidam fuit monachus qui talem habuit gratiam a dño vt multa miracula. faceret intantum vt etiam virtute vestimentorum eius multi sanarentur infirmi. Quod cū abbas eius cōsiderasset nec aliquid specialitatis alicuius singularis virtutis in illo audisset. ait ei secreto. Dic mihi fili que est causa tantorum miraculorum. Respondit ille nescio domine. Non plus ceteris fratribus oro: non plus ieiuno. non plus laboro non plus vigilo:

Caritas

verbum dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Sed vnū scio quia me non potest prosperitas extollere nec aduersitas frangere siue de me siue de alijs: quia totum deo cōmitto. Si multū habeo cū gratiarum actione recipio. Si modicū etiā gratias ago: Quartū quod cōsiderare possumus in celo visibili quod ipm est altum: Est enim situatū supra omnia elementa. Sic reuera qui volunt esse celi et deū habere habitatorem debēt esse alti per cōsiderationem quo ad intellectū. et per desideriū quo ad effectū vt possint dicere cū Paulo. Nostra conuersatio in celis est. Ad phil'.iij. Et ad hoc idem apostolus hortatur dicens. Si cōsurrexistis cū xpo que sursum sunt querite: vbi xps est in dextera dei sedēs que sursum sūt sapite non que super terrā. Ad col'.iij. Sunt aūt multa que bene cōsiderata mouent hominem ad hoc vt querat ea que sursum sunt. Primū est dispositio humani cordis quod inferius est strictū et superius latum. per quod designatur quod respectu inferiorum cor debet se cōstringere quia solū debet ex eis querere et sumere que necessaria sunt et non que superflua sunt. Sed respectu superiorum debet se dilatare per plenā affectionem. Item potest hoc aliter cōsiderari sic quod cor nostrū inferius est strictū quia multas tribulationes patitur a mundo. Sed superius est latū quia vbi cōuertit se ad deū ibi reperit pacem et gaudiū. Naturaliter enim tristia et dolorosa cōstringūt. et gaudiosa dilactant. Unde quidā vermes quando punguntur se constringunt. et quando sentiūt aliquod delectabile se delectant. Nec mirum quod conuertens se a deum. pacem habet et gaudium. et conuertēs se ad inferiora tristitiam inueniat cum in deo sit plenitudo omnis boni et summa dulcedo. In mundo vero plenitudo et multitudo mali. et multiplex tribulatio Ideo dominus bene dixit discipulis suis. Hec locutus sum vt in me pacem habeatis: sed confidere quia ego vici muudum. Johannis decimoseptimo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Secundū est figura corporis hūani. quia homo na
turaliter habet caput suū sursum erectū. De quo sic dicit
Ouidius. Pronaqꝫ cū spectent aīalia cetera terrā. Os
homini sublime dedit celūqꝫ videre. Jussit et erectos
ad celum tollere vultus Tertiū est localis ordinatio
celi et terre. quia deus posuit celū supra nos tanq̄ ap/
petendū. sed terrā posuit sub pedibꝰ nostris tanq̄ cō/
culcandam. Jpa nanqꝫ fex est oīm elementorū. que nō
solum pedibus hominū. sed et bestiarū subiecta cōcul/
catur. Quartū est nobilitas et preeminentia bonoꝝ
supernorū. Nam recta ratio nostra dictat et indicat. vt
appetamus bona perpetua et cōtemnamus trāsitoria
vt appetamus bona vera et cōtemnamus falsa. vt ap/
petamus ea que felicitant et contēnamus ea que felici/
tem impediunt. Jdeo dn̄s bene dixit. Nolite thesauri
zare vobis thesauros in terra vbi erugo et tinea demo/
litur et vbi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate
autem vobis thezauros in celo. vbi neqꝫ erugo neqꝫ ti
nea demolit̄ et vbi fures n̄ effodiūt nec furant̄. mat. vi.
De cuius pulcritudine dicit Grego. in omel'. Si consi/
deremus que et q̄ta sunt que nobis promittuntur in ce/
lis. vilescunt animo omnia que habētur in terris. Ter
rena nanqꝫ substantia eterne felicitati comparata pon
dus est non subsidiū. Temporalis vita eterne vite cō
parata. mors potius dicenda est q̄ vita. Hec Grego.
Jdcirco valde decepti sunt qui cōtemptis celestibus ꝓ
petuis. et veris bonis terrena transitoria et falsa bona
elegerunt. et sic vitam suam transegerunt. vt per mortē
cogerentur deserere. que amauerunt et ea percipere non
poterant que contempserunt. Exemplum: Sic fuit
de alexādro macedone qui cum totū mundū subiugas/
set. et xij. annis regnasset veneno interijt. cum esset an/
norum. xxxij. Exemplū. Similirer et Julius cesar
qui et gayus cum multa famosa et notabilia facta fecis

set pro romano imperio viginti tribus cultris senatorū rome fuit interfectus. Et sic factū est de multis alijs.
Exemplum Nabugodonosor etiam ille magnus et prepotens rex caldeorum. post mortem effossus fuit et cadauer eius in trecentas partes diuisum et totidem auibus datum fuit ad deuorandum. Ecce qualiter amatores huius mundi vna cum sua gloria pereunt et ad nihilum rediguntur. Exemlum. De hoc satis notabile scribitur in libro de apibus sic. Fuit quedam comitissa campanie Maria nomine: filia Ludouici regis francorū habēs quatuor fratres reges et filiū regē Hec mortuo marito multis annis cum pomposissima ambitiōe circuiēs. talē finem sortita est. Nam laborās in extremis abbatē quendā sanctissimū virū et eloquētissimū mandauit. Qui cū venisset intromissus non ē: quia comitissa iā decesserat et distrahebant a militib⁹ ministris et suis oībus vtensilia vasa aurea et argētea vestes preciose. culcitre purpuree et tandē lintheamina cū peplis. Extremo quidā ex gartionibus lectū apprehendit per cornua. et resupinatū corpus emortuum in stramenta deuoluit. Moras aūt abbate cū tedio sustinente quidam nobilis ex circunstautibus indignatus hostium violenter infregit. et virum venerabilem intromisit. Qui cū introisset et nobile corpus illud nudum in stramine vidisset. et quidam ex familia vellet illud straminibus operire. Abbas exempli prouidus hoc non sinebat: sed libera voce clamabat. O vos omnes venite et cernite pompam nobilissimē comitisse Marie Videte illud delicatissimū corpus. q̄to dedecore pudoris obuoluitur. Videte quid ei pro multiplici bonore et gloria mundus exsoluit. Ecce q̄ stulta mūdus illi computatione cōclusit. Nos igitur exemplis tam bonorum q̄ malorū edocti. conemur q̄tum possumus: vt intus et foris luceamus deo et superioribus nostris

obediamus constanter bono adhereamus. et contē-
ptis inferioribus ad superna mentes nostras transfe
ramus: quatinus sic celi efficiamur. in quibus deo cō-
placeat habitare: nunc per gratiam et postea per gloriā
ipso nobis hoc prestante qui est super oīa benedictus
in secula amen.

Sermo tridecimus.

S Anctificetur nomen tuum. Premissa in breuib⁹
verbis captatione beniuolentie. que solet in di-
taminibus precedere petitionem. Sequitur secūda
pars principalis orōnis dominice. In qua expresse pe
titur et petendo insinuat̄ petitionū necessitas. Et hec
pars cōtinet septē particulas scdm ꝙ septē petitiones
in ea continentur prout apparebit in sequētibus. Est
igitur prima petitio. Sanctificet̄ nomen tuum. Ubi
notandū est ꝙ mirū videtur quare dn̄s docuerit nos
petere vt sanctificet̄ nomen eius: cū beata virgo ipsum
cōmendauerit dicendo. Scm̄ nomen eius Lu. i. Quo
modo ergo petimus sanctificari nomen eius qd̄ scm̄
ymmo sanctissimū est. Non em̄ solet peti vt aliquid de
tur quod iam habet̄. Et sicut nō solemus petere vt ex-
altetur quod altissimū aut summū est aut vt maioret̄
quod maximū est. sic non videtur petendū vt sanctifice
tur quod sanctissimū est. Respondetur ꝙ reuera nomē
dei sanctū est ymmo sanctissimū: Non tamen effecutia-
liter in se quia non est in se nisi quedam vox aut quod
dā scriptū. aut cōceptus siue quedā species in aīa. Sed
ipm dicit̄ esse sanctū ymmo sanctissimū propter eū quē
significat. Designat em̄ et representat ipm, deum qui est
sanctus scōꝝ. In quo et a quo est oīs sanctitas in celo
et in terra. de quo psalmista. dicit. Sanctus dn̄s deus
noster. Cui et ecclesia cotidie dicit. Qm̄ tu solus sanct⁹.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Est enim solus sanctus quia ipse in se et per se est sanct⁹. non habens suam sanctitatem aliunde sed a se ymmo ipse est sua sanctitas talis et tāta qualis et q̄tus est ipe quia est sibi coeterna coequalis et infinita. Cum igitur nomen dei prout respectū habet ad deū quez significat sanctū sit ymmo sanctissimū. quare ergo petim⁹ in oratione dñica vt sanctificetur. Respondetur q̄ licet in se non posset sanctificari tñ quodāmodo sanctificatur per respectū ad nos scz in nobis et a nobis. Huic simile est q̄ nomen domini quod indubitanter est summe benedictū. iuxta illud psal. Benedictū nomen maiestatis eius in eternum. et iuxta illud Tobie. iij. Benedictū est nomen tuū deus patrum nostroꝝ. Ipm tñ petimus bñdici dicentes cum psalmista. Sit nomen dñi benedictum. Item benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Similiter nomē eius est excelsum. iuxta illud psal. Memento quomō excelsum est nomen eius. Item exaltatum est nomen eius solius. Et tamen dicamus cum psal. Exaltemus nomen eius in idipm. Notanduz est igitur q̄ nomē domini q̄uis in se sit sanctissimū. dupliciter tamen sanctificatur in nobis. Uno modo in hoc q̄ ad sui gloriā sanctitatē operaf in nobis. Alio modo in hoc q̄ a nobis secundū suam dignitatē honoraf et digne tractaf.

nomē dñi [illegible] sanctiss quo sanct⁹ in nobis

Quantū ad primū dico q̄ nomen domini sanctificat nos ad sui gloriam ostendens suam sanctitatem in nobis et hoc operando salutē in nobis. Est enim nomē salutis sicut ipe dñs est salus nostra cui psal. dicit. Dic anime mee salus tua ego sum. Ideo de nomine dicitur iobelis. ij. et Actu. ij. Ois qui inuocauerit nomē dñi saluus erit. et Actu. iiij. dicif. Nō est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Hinc est q̄ psalmista per nomen domini petijt saluari dicens. Deus in nomine tuo saluum me fac.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Propter istam operationem salutis nostre nomen
dñi cõparat oleo sicut sponsa dicit. Oleo effusuz nomẽ
tuum: Cañ. i. Et bene dicit oleum effusum q2 oleuz in
clusum et si bonũ sit in se. non tñ prodest foris. sicut nec
sapientia abscondita nec thezaurus occultus. Unde et
bene subdit. Ideo adolescẽtule. i. anime deuote humi
les et munde tali oleo perfuse dilexerunt te. Pro quo
notandũ ꝙ secundum Bernardũ super verbo predicto
oleũ valet ad tria. Nam valet ad medicinã: valet ad lu
cem. et valet ad cibum. Ad medecinã valet quia sanat
vulnera mitigando dolorẽ et integrando ac reformãdo
membrũ lesum: Ideo in alia trãslatione dicit. Unguẽ
tum effusum nomen tuuz. Itẽ valet ad lumen lãpada
rum. Unde olim in tẽplo vel in tabernaculo non legũ
tur fuisse luminaria vel cãdele aut cerei: sed tñ lampa
des oleo ardentes. Item valet ad cibũ: nutrit enĩ et ci
bis saporem et vigorem tribuit. Sic reuera nomen dñi
sanat. lucet et cibat. Est enĩ medicina lux et cibus anie.
Primo dico ꝙ nomen dñi sanat vuluera anime. Pro
quo notandum ꝙ duplicia sunt vulnera anime. Naz
quedã sunt innata seu cõnata scz que contracta sunt a
primis parẽtibus vt sunt pctm̃ originale et defectus in
de sequẽtes. Alia sunt voluntarie cõmissa. vt sunt pctã
actualia siue sunt mortalia siue venialia. Sed cõtra hec
duplicia vulnera. sunt duo sacramenta instituta tanꝙ
quedã antidota videlicet baptismus cõtra pctã origi
nalia. et penitentia cõtra peccata actualia. Et in duo
bus sacramentis nomen dñi virtualiter operatur quia
dari solent expresse. In noĩe patris et filij et spũssancti:
Quod patet primo de baptismo. Nam sacerdos bapti
sans dicit. Ego te baptiso in noĩe patris. et filij et spũs
sancti. Ideo dñs dixit discipulis suis euntes docete
omnes gẽtes baptisantes eos in noĩe patris et filij et
spũssancti Mat. vltimo. In signũ cuius xpo baptisato

nome dñi cõpat' olio
oleũ ad 3 valet
nome dñi sanat lucet et cibat anima
duplex anime vulnus et duplex remediũ sanat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

apparuit tota trinitas scʒ pater in voce. filius in carne: spiritus sanctus in specie columbe. Pater audiebatur: spiritussanctus videbatur: sed filius videbatur et tangeba tur. vt patet Mat. iij. Mar. i. Lu. iij. De penitentia etiã patet quia in absolutione nominatur sancta trinitas vir tute nanqȝ nominis diuini pctã remittũtur. Vñ. i. Jo. iij. dicitur. Scribo vobis filioli qm̃ vobis remittuntur peccata vestra propter nomen eius. Et Act. x. dicitur. Huic omnes ꝓphete testimoniũ perhibent. remissionẽ peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Ideo psal. quasi petendo dicit. Propter nomẽ tuũ dñe propitiaberis pctõ meo. Itē et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ. Ideo Bern. bene dicit. Hoc nomen Hiesus est medicina Nihil enim ita ire impetum cohibet. superbie tumorẽ sedat. sanat liuoris vulnus. restringit luxurie fluxum. extinguit libidinis flãmam. sitim tẽperat auaritie. ac totius indecoris fu gat pruriginē. Hec Bern. Ex predictis videtur sequi ꝙ nemo possit saluari absqȝ ista prima opatiõe nominis dñi. Non est enim hõ nec fuit nec erit. preter xp̃m qui hac medicinali operatione nois dñi non indigeat aut indi guerit. Sed queri potest de beata virgine Maria que nunquam vulnerata fuit aliquo pctõ et sic videtur non in diguisse aliqua medicina. Respondetur ꝙ licet beata Maria vt pie creditur non cõtraxerit aliquod pctm̃. scʒ nec originale nec actuale. et sic non fuit proprie ab ali quo vulnere curata tamen indiguit preseruatione. naʒ si non fuisset preseruata ipsa cecidisset in peccata et vul nerata fuisset. Habuit ergo preseruationem a malo qḋ contrahere potuit: sed non habuit curationem a malo quod de facto contraxerit. Sic non fuit de Hiesu xp̃o quo ad eius humanitatẽ qui non indiguit preseruati one ꝙ ꝓpter vnionẽ diuinitatis et hũanitatis in eo pecca re nõ potuit. Sicut ergo medici nõ solũ dãt medicina

curatiuam vulnerū aut languoris iam de facto contra-
cti sed etiam dant medicinam preseruatiuam ne contra-
hatur. et sic tam sani ꝙ infirmi indigent medicina. Sic
reuera beata Maria non fuit immunis a medicina pec-
cati quia preseruari indiguit. Et talis preseruatio ē ma-
gis optabilis et magis gloriosa ꝙ curatio. Naꝫ ceteris
paribus eligibilius est non vulnerari ꝙ a vulnere cu-
rari preseruari a casu ꝙ post casum subleuari. custodiri
a sordibus ꝙ post inquinationē lauari. Quod autem
nomen domini efficaciter curet hominem a peccato pa-
tet per hoc. Exemplū Legitur enī in quodam li-
bro de miraculis beate Marie ꝙ quidam rancoreꝫ ha-
buit contra alium. et tam obstinatus fuit ꝙ dixit. Nec
pro deo nec pro dyabolo ad hoc induci possum vt re-
mittam ei etiam si perpetue deberē esse in inferno. Quo
cognito frater eius accessit. et cum deuotione in fronte
eius Ihesus nazarenus. Et tunc statim fuit immutatū
cor illius et cepit gemere et ait. Amore Ihesu totum re-
mitto. Ideo dicit bene Bernardus super cantica. La-
bitur quis in crimine currit in sup in laqueum mortis
desperando. nonne si inuocet nomen vite confestim res-
pirabit ad vitam. Cui aliquādo stetit ante faciem sa-
lutaris nominis auaricia cordis. ignauie torpor. ran-
cor animi. languor accidie. Cui fons forte siccatus. La-
crimarū inuocato Ihesu non continuo eruperit vberior
fluxit suauior. Cui in aduersis diffidenti si nomen ihu
insonuit defuit constantia. Nimirum morbi et languo-
res ista sunt illud medicina. Hec Berñ Secūdo prin- nomē dñi lucet in aīa
cipaliter dico ꝙ nomen domini lucet vel lumen prebet
in anima. Nam notificat deum sicut nomen hominis
Inducit quandam notitiam hominis. Inducit auteꝫ
lumen fidei quo deus agnoscatur in hac vita. Unde dñs
dixit de spiritusancto qui docturus erat apostolos ꝙ
mittendus esset in nomine eius. iuxta illud. Jo. xiiij.

Spiritussanctus quem mittet pater in nomie meo ille vos docebit oia. Sic de Paulo repleto spiritussancto ad effundendū lumen fidei. dicitur voce dñica Act. ix. Vas electionis mihi est iste vt portet nomen meū corā gentibus et regibus et filijs israbel. Et quia fides crevit per nomē dñi. Ideo princeps sacerdotū dixit Petro et Johanni. Precipiendo precipimus vobis ne oino doceretis in noie isto. et ecce replestis bierusalez doctrina vestra Act. v. Sic et saluator dixit. Pater notū feci eis nomen tuū. et notum faciam. Jo. xvij. vt si subiungere voluisset. vt scz per nomen tuū te cognoscāt et in te credant. Qualis autē fructus ex bac noticia vel fide per nomen eius sequat̄. pz Jo. i. Vbi dicit̄ Dedit eis potestatē filios dei fieri bis qui credunt in noie eius. Itez Jo. xx. dicitur. Credentes vitā babeatis in nomie ei⁹. Idcirco ysa. l. dicit̄. Qui ambulat in tenebris scz infidelitatis et nō est lumen scz fidei ei. speret in noie domini Patet igit̄ q̄ nomen dñi lucet tanq̄ lux vel lumen: et boc specialiter rōne fidei que per nomen dñi predicata est. Unde Bernardus dicit. Unde putas in toto orbe tanta et tam subita fidei lux nisi de predicato Ihesu.

Tertio principaliter dico q̄ nomen dñi nutrit aiam per grām. Gratia eñi est cibus anime spūalis quo aia nutrit̄: impinguat̄: cōfortatur. et crescit et sine quo ania deficit infirmat̄ et ad mortē tēdit. Ideo psal. dicit. Diffusa est gratia in labijs tuis: Quod vtiq3 nō de labijs corporalibus sed spūalibus: non de exterioribus: sed de interioribus: non carnis sed spūs intelligendū est. babet eñi spiritus gustū interiorem quo cibū spūalem gustat sicut sponsa dicit. Fructus illius dulcis gutturi meo. Cañ. ij. In bis labijs vel in boc gutture anime dulciter sapit gratia dei. Ideo Ber. dicit. Gratia dei cibus est aie dulcissim⁹ sane. Iste cibus dat̄ per nomen domini quod est nutrimentū anime. Unde psalmista

nom̄ xp̄i cibat animā

dicit. Propter nomen tuū deduces me et enutries me. Cuius dulcedinē gustauerat. psal. qui dixit. Psallite nomini eius qm̄ suaue est. De operatiōe huius cibi scȝ nominis domini dicit Bern̄. Nomen Hiesu cibus est anime. An non totiens cōfortaris quotiēs recordaris. Quid eque mentē cogitantis impinguat. quid ita exercitatos sensus reddit. virtutes roborat. vegetat bonos mores atqȝ honestos: castas fouet affectiones. Aridus omnis cibus anime si non oleo isto infunditur. In sipidus est si hoc sale nō cōdit̄. Si scribas nō sapit mihi si non legero ibi Hiesum. Si dispures aut cōferas non sapit mihi nisi sonuent ibi Hiesus hec Ber. Item ideȝ Hiesus est mel in ore. melos in aure. iubilus in corde. Sed sunt nonnulli qui aures anime obturant et aggrauant ne nomen Hiesu efficaciter audiant more videlicȝ aspidis que vnam aurē terre imprimit et alteraȝ cauda obstruit ne vocem incantis audiat. Sic reprobi cauda voluptatis et terra cupiditatis hinc inde obstruunt aures anime sue ne effectualiter tantam dulcedinē apprehendant. Hoc cibo ita nutriti et confortati fuerūt amici dei qꝫ amaritudines passionuȝ et mortis non curabāt Unde Act. v. dicit̄ de apostolis. Ibāt auteȝ gaudētes et cōspectu cōsilij qm̄ digni habiti sunt pro noie Hiesu cōtumeliam pati. Sic de paulo dictū fuit ad Ananiaȝ discipulū. Ego ostendaȝ illi q̄nta oporteat eū pro noie meo pati. Act. ix. Ideo ip̄e postmodū dixit: Quid facitis flentes et affligētes cor meū. Ego aūt non solum alligari sed et mori in hierusalem paratus sum propter nomen dn̄i. Hiesu. Act. xxi. Habebāt igit̄ sancti illud mellifluum nomen dn̄i sic scriptum in cordibus suis qꝫ omnes amaritudines passionū non curabant mot⁹ eī maiores expellebant minores. Exemplū sic fuit de beato Ignatio qui fuit discipulus sancti Iohānis euangeliste et primus episcopus anthiochenus hunc

Bernardus

beatus Ignatius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Traianus imperator perductum romam multis et immanissimis tormentis fecit affici. Ipse vero inter oia tormentorum genera sibi inflicta nunq̄ ab inuocatione nominis hiesu xpi cessauit. Et cum tortores de hoc admirantes interrogauerūt. cur hoc nomen totiēs replicaret. ait. Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo. et ideo ab eius inuocatione cessare nō valeo. Igitur post mortē ipsius illi qui hoc audierant volentes hoc curiosius experiri. cor eius a corpore suo euulsum per mediū scindentes. totū inscriptum hoc nomen hiesus litteris aureis inuenerunt. Quo miraculo viso et latius needū fidelibusq̄ ac credentibus manifestato q̄plures gentilium hiesum christū baptismū suscipientes libere confessi sunt et credentes fuerant confortati. Benedictū sit ergo nomen hiesu christi in eternum et vltra.

Sermo decimusquartus.

P Reterea que dicta sunt de nomine dn̄i. adhuc videndū est quare istud verbum dn̄i habendum ē in reuerentia. quatinus tantomagis in nobis salutem operetur. Unde notandū est q̄ tria laude digna possunt considerari in nomine dn̄i. Est em̄ mirabiliter amabile hominibus in hac vita. reuerenter honorabile sanctis in patria. et terribiliter formidabile demonibꝰ vbiq̄. Et hec tria tangit apostolus dicens ad phil'.ij. Deus exaltauit illum scꝫ hiesum filium suum et dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine hiesu omne genu flectatur: celestium terrestriūꝫ et infernorum. Quātum igit̄ ad primū dico q̄ nomen dn̄i est amabile hoībus in hac vita. Operat̄ em̄ tria valde necessaria homini. Nam adiuuat in bonis. protegit a malis et impetrat in optatis. Primo adiuuat in bonis nam facit incipere et perficere bonū. vnde in initijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

operum nostrorum vt bene perficiantur solet dici. In nomine domini amen. Ideo psalmista dicit. Propter nomen tuum deduces me. scz a principio ad finez. Itē alibi dicit psal. Adiutoriū nostruz in nomine domini scz ad inchoandū et ad perficiendum. Igitur apostol⁹ ad colo. iij. bene consulit dicens. Omne quodcūqꝫ facitis in verbo aut in opere omnia in nomine dñi nostri hiesu xp̄i facite. Et hoc satis perpēdit psalmista qui cū gratiaꝝ actione dicit. Deduxit me super semitas iusticie id ē bonorū operū propter nomen suū. Unde et discipuli non solum opera virtutū sed etiā miracula fecerunt in nomine dñi: Sicut petrus dixit claudo. In nomine hiesu xp̄i nazareni surge et ambula Act. iij. et statim post corā multitudine dixit. Nomen eius scz hiesu. et fides que per eā est dedit istam isti sanitatem in conspectu omniū vestrum. Et die sequenti coram principibus sacerdotum et senioribus et scribis dixit. Petrus Notum sit omibus vobis et omni plebi israhel. quia In nomine hiesu xp̄i nazareni quem vos crucifixistis: quem deus suscitauit a mortuis. in hoc iste astat coraz vobis sanus vt dicitur Act. iiij. Ideo multitudo credentiū inter cetera orauit dñm dicens. Extendas manum tuā ad sanitates et signa et prodigia fieri per nomen sancti filij tui hiesu. Act. iiij. Similiter multa alia exēpla de opatione nois diuini possent adduci ex sacra scriptura que propter breuitatem sunt omittenda.

Exēplū. Unū tñ ꝓpter edificationē aliorū ponā quod scribit in scd̄o libro hystorie tripartite. Uidelicet ꝙ apud bizansiū ciuitatē q̄ est constantinopol'. dicitur philosophi gētiles dolentes ꝙ Cōstantinus imꝑator esset xp̄ian⁹ effectus cōquerebant̄ ꝙ imꝑator aliū deū coleret ꝙ̄ deceret. Petebātqꝫ cū alexādro epo ꝯstātinopolitano disputare. alexāder vo cū eēt vboꝝ exercitatōe

Costantin' Imperator xpianus
et nois Jesu xpi cxfen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

inexpertus. sed de vita confidens iubente imperatore
aggressus certamen dixit. vt vnuz pro omnibus loquē
tem eligerēt et ceteri interim tacerent. Quod cū factum
fuisset Alexander dixit ad illū philosophū sic electum
In nomine ihesu xp̄i impero tibi ne loquaris: et repen
te philosophus ille obmutuit. nec vnū quidem verbuz
proferre potuit Quapropter oīs illi philosophi cōfusi
fuerunt et fideles confortati. Sed tamen hic notan-
dum est q̄ iudei quia non possunt falsificare. nec corrū
pere miracula que xp̄s fecit eo q̄ veraciter et realiter erāt
facta. nec possunt ascribere dyabolo nec alicui virtuti
naturali: quia nec virtus naturalis nec vis dyabolica
potest mortuū suscitare nec cecū a natiuitate illuminare
Ideo dicunt q̄ xp̄s virtute nois dei tetragramaton qd̄
ineffabile dicit̄ fecit miracula. Et dicunt q̄ quicunq̄
homo. hoc nomen sciret debite proferre virtute illius
omnia quecunq̄ vellet miracula facere posset. Et qn̄
queritur ab eis quis xp̄m docuerit illud nomen. vel de
bitam prolationem eius hoc figmentū suo errori appo
nunt dicentes: q̄ xp̄s adhuc iuuenis existens inuenerit
in templo hierusalem lapidem cui superscriptū erat no
men illud et modus proferendi ipsum. Quis non ride
at ad ineptias et fatuitates istas fabulosas: que etiam
tam pueriles et fatue sunt. vt non videant̄ digne labo-
re redargutionis. Et si sic dicant de xp̄o quid respon-
debunt de apostolis et alijs post multa tēpora miracu
la facientibus expresse in nomine dn̄i ihesu. Scd̄o
dico q̄ nomē dn̄i defendit et liberat a malis ne superue
niant vel obuiāt. Ideo Prouer. xviij. dicit̄. Turris for
tissima nomen dn̄i ad ipm̄ currit iustus et exaltabitur.
id est defendetur a casu et cū hoc honorabitur. Et psal.
dicit. Protegat te nomen dei Jacob. Item psalmista
in persona dn̄i dicit. Protegam eum quoniam cogno-
uit nomen meum. Itē psalmista dicit. In nomine tuo

c. Iudeos

nomē xp̄i liberat a malis.

spernemus insurgētes in nobis videlicet tanꝙ adiuti et protecti. Jō Eccl'. vltio dicit. Cōfitebor nomini tuo quoniā adiutor et protector factus es mihi. Item nomen dñi liberat a malis: Unde psalmista petit dicens Redime nos propter nomen tuū. Item ꝓpter gloriaz nominis tui domine libera nos. Et eccl'. vltio. Libera sti me secundū multitudinem misericordie nomis tui. De hmōi protectione vel liberatione nominis dñi legitur. Exemplū. In vita sancti Edmundi archiepi cantuariensis. Ipse nāqꝫ cum adhuc puer esset etate: s lasciuie puerilis ignarus. Die quadā causa spaciandi coetaneis imitantibus intrauit cāpum. Qui cū solitarius incederet sponsus forma pre filijs hominū rosco colore perfusus et niueo cādore coruscans subito velut a summo celi cardine delapsus in forma puerili puerū suum visitaturus. Ihesus aduenit et sic eum alloqui exorsus est. Salue dilecte mi. Qui cum audisset turbatus est in sermone eius. Ac ille cum eū pauefactū aspiceret Denuo ad eū loquēs an se cognosceret inquisiuit. Tūc puer Edmūdus vt erat simplicitatis colūbe simplice sermone nullam inquit tui teneo memoriā. Et adiecit tertio loqui ad eū: Stupeo et ē mirabile in oculis meis ꝙ me minime recognoscitis. Preseram cum et in scolis sedeam a dextris tuis et tecum sim quocunqꝫ ieris Et subdens inquid in faciem meam respice et quid in fronte mea scriptū est aduerte. Quod cum fecisset reppe rit litteris eximijs sine stillo hominis exaratū nomen illud quod vocatum est ab angelo priusꝙ ille in vtero Marie matris et virginis immaculate cōciperetur scilꝫ Ihesus nazarenus. Tunc pater Edmundus audiuit protinus ab eo. Ego sum Ihesus nazarenus: Et hoc est nomen meum quod sit tibi memoriale in desiderio aie. Scribe ergo hoc nomen in fronte tua. singulis noctibus. et digito diligenter exara illud priusꝙ somnuz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

capiant oculi tui. quo sic a cunctis casibus metuendis. me protegēte sis securus me liberante munitus Et his dictis puer ille disparuit. Puer vero Emundus profi-ciens sapientia et gratia. nomen illud benedictum sin-gulis noctibus in fronte sua depingebat. Tertio di-co ꝙ per nomen dñi impetramus optata. Hoc enim sal-uator noster promisit dicēs. Si quid petieritis patrem in noīe meo hoc faciam Jo. xiiij. Item. Si quid petie-ritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Jo. xvi. Itē ibidem. Usqꝫ mō non petistis quicq̄ȝ in nomine meo. Petite et accipietis. De hoc psalmista dicit. In nomīe tuo leuabo manus meas. leuare manus est petere cuȝ operationibus. Item psal. dicit Nomen dñi inuocabo scȝ in oratione vt possim impetrare. Iteȝ psal. dicit. In nomine dei nostri inuocabimus. Iteȝ viuificabis nos et nomen tuū inuocabimus. ideo Eccl'. vlti dicit. Lau dabo nomen tuū. assidue et exaudita est orō mea. Ex predictis patȝ quō nomen dñi est amabile homībus in hac vita. ex eo ꝙ adiuuat in bonis protegit a malis et impetrat optata. Sed heu quidam nec adiuuantur. nec defenduntur nec exaudiuntur per nomen domini: scȝ qui illud male sumunt in os suum. iurādo blasphe mando vel inhonorādo deū. Tales enim nō sanctificāt. sed polluunt nomen dei. Quo contra dicit. Leui. xix. Non pollues nomen dei tui Et Exo. xx. dicit. Non as sumes nomen dñi dei tui inuacuū. Non enim habebit in sontem eū qui assumpserit nomen dñi dei sui frustra. Simile dicit Deu. v. Si igit grauiter peccat qui nomē dei sui frustra et vacue sumit in os suum. quid de illo dicendū est qui sumit illud inhoneste et contumeliose in os suum sicut facit ille qui blasphemat. Exēpluȝ Idcirco dicitur Leui. xxiiij. ꝙ quidam filius viri egi-ptij habens tamen matrem israhelitam: iurgatus fuit in castris cum viro israhelita. Et cum blasphemasset

nomen domini et maledixiſſet ei iuſſum fuit a domino vt ab vniuerſo pplo lapidaret. et ↄſtituta fuit lex a dño dicente: Qui blaſphemauerit nomen dñi moriatur. lapidibus obruet eum omīs multitudo populi: ſiue ille ciuis ſiue peregrinus fuerit. Exemplum. De hoc narrat Gregorius in quarto dyalogoꝝ exemplū terribile. Ait enī ſic. Quidam in hac vrbe vir notiſſimus filiū habuit ſicut arbitror annorū. v. Quem nimis carnaliter diligens remiſſe nutriebat. Atqꝫ idem paruulus qđ dictu graue eſt. mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet maieſtatem dei blaſphemare cōſueuerat. Qui percuſſus mortalitate venit ad mortem. Cūqꝫ eū pater ſuus in ſinu teneret. ſicut hi teſtati ſunt qui preſentes fuerunt maglignos ſpiritus venire trementibus oculis aſpiciēs cepit clamare. Obſta pater obſta pater. Qui clamans declinabat faciem vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret puer adiunxit dicens. Mauri homīes venerunt qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixiſſet maieſtatis nomē protinus blaſphemauit et animaꝫ reddit. Cuiuis cām ſubdit. Grego. Dicens quatinus reatū ſuum pater ei⁹ agnoſceret. qui paruuli filij aīam negligens. nonꝗ paruulum pctōrem gehenne ignis nutriſſet. Hec de primo principali. Quantū ad ſcđm principale dico breuiter ꝙ nomen domini eſt honorabile beatis in patria. Gloriantur enī et letantur ꝙ per nomen domini miſericorditer ſaluati ſunt. Ideo diligunt ipſum et honorāt. iuxta illud pſal. Gloriabunť in te omnes qui diligunt nomē tuum. De quibus alibi dicit pſal. Domine in lumine vultus tui ambulabunt et in nomine tuo exultabunt tota die id eſt in perpetuum quia ibi eſt vna dies continua ſine nocte de qua dicit pſalmiſta. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Hinc eſt ꝙ beati in patria dicuntur portare nomen dei in frontibus ſuis. quaſi glorantes de nomine dei. Iuxta illud Apo. xiiij:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Vidi supra montem syon agnum stantez et cum eo centum quadragintaquattuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus eorũ iõ Apo. vlti. dr. Videbũt faciẽ eius et nomẽ ei⁹ in frõtib⁹ eorꝝ et hec de secundo principali. Quantũ ad tertiũ principale dico ꝙ nomen domini est terribiliter formidabile demonibus. expelluntr enĩ ab hominibus per illud. Unde dominus dixit. In nomĩe meo demonia eijcient. Mar. vltimo et Luce. x. dicitur ꝙ .lxxij. discipuli reuersi fuerunt ad dñm cum gaudio dicẽtes. Domĩe etiã demonia subijciuntur nobis in noĩe tuo. Exẽplum De hoc legitur in legenda sancti Ciriaci martiris ꝙ cum dyabolus quem idem sanctus eiecerat a filia Diocleciani imperatoris ob fideret filiam regis ꝑsarum clamauit per os puelle ꝙ non exiret nisi Ciriacus dyaconus veniret. venit ergo nuncius a rege persarum ad diocleciamum rogans vt ad ipsum Ciriacus mitteretur. Ciricus igitur veniens in babiloniam ad filiam regis. Dixit demoni. Imperat tibi Ihesus Christus vt exeas. Qui statim exiens dixit: O nomen terribile quod me coartat exire. Nec mirum ꝙ nomen domini terribile est demonibus cum etiam timeant nomen beate Marie virginis. Unde Bernardus dicit: Demones fluunt pereunt sicut cera a facie ignis vbicunqꝫ inuenerunt crebrã huius nomĩs. scꝫ marie recordationez deuotã inuocationez sollicitã imitationem. Item idem. Non sic timẽt homines aciẽ militũ ꝙ̃tumlibet ordinatã. quemadmodum timent demones Marie patrociniũ vocabulum et exemplum. Itez idem. Demonũ caterua fugatur quotiẽs Maria noiatur. Istud posset multis exẽplis ostẽdi nisi digressio fieret a ꝓposito principali. Nec solũ per nomen beate Marie demones fugantur. sed etiam per nomina sanctorum subito prolata. Exemplum

Legitur nāqꝫ de sancta iustina virgine ꝙ Ciprian⁹
magus eius amore succensus diuersos demones scilꝫ
vnum post aliū ad eā misit vt eius animū ad ipsum in-
clinarēt. Sed cū omnes confusi nihil obtinerent vnus
eorū qui princeps alioꝝ videbatur trasformauit se in-
similitedinē sancte iustine pergensqꝫ ad Ciprianuꝫ ad
ipsum cucurrit quasi amore eius languens vt ipsum os-
cularet̄. Igitur Ciprianus putans iustinā ad se ve-
nire gaudio repletus ait. Bene inquit venisti Justina
oīm feminarū spōsissima. Mox vero vt Ciprianus no-
men iustine protulit dyabolus instar fumi statim eua-
nuit. Si igitur nomē alicuius sancti opera dyaboli dis-
soluit et tam velociter fugat. Quid dicenduꝫ est de illo
benedicto nomen dn̄i. quod est super om̄e nomen effi-
cax et demonibus terribile. Bene igit̄ dicit psal. Con-
fiteantur nomini tuo magno quoniā terribile et sanctū
est. Item sanctū et terribile nomen eius. sanctū scꝫ in se
et in bonis vt dicet̄ in sermone sequenti et terribile de-
monibus. Quantū vero demones timeant nomen
dn̄i et ꝙ terribile sit eis patet in hoc exēplo. Exēpluꝫ

Legit̄ eniꝫ ꝙ quidam ꝯsueuit quādocunqꝫ lectum
intrauit vel de ipso surgebat cuꝫ pollice ter signū crucis
facere. scꝫ ad caput super faciem et sup̱ pectus. exprimē-
do titulum triumphalem scꝫ Hiesus nazarenus rex iu- | no. & operis hoc
deorū. Cum aūt subita morte preoccupatus esset et de-
mones cum rapere vellent. splēdor ad moduꝫ stelle ap-
paruit in locis vbi signū crucis cū expressione saluti-
feri nominis imprimere cōsueuit. Qui splēdor intantū
demones terrebat ꝙ ei manus imponere nō audebāt
Tunc quidā vir lucidus a longe cōparuit et ad eum ac-
cedens dixit ei. ꝙ licet dānatus esset scdm̄ exigentiam
peccatorū suorū. tamen summus iudex propter fidem et
deuotionem quā habuit circa eius passionem et nomē
et triumphalis tituli expressionem parcebat ei volens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

vt ad vitam rediret: et de peccatis suis satisfaceret. Re/
stitutus ergo vite penitentiã egit: et emẽdatius viuẽs
postmodum btõ fine quieuit. Hoc igitur nomen domi
tam emabile hominibus in via: tam honorabile bea/
tis in patria. et tam terribile demonibus. toto corde di
ligamus vt in nobis sanctificetur et salutẽ nostrã ope
retur. Sic ergo memorie nostre iugiter impressum iuxta
illud psalmiste. Memor fui nocte nominis tue dñe. Et
vt scdm illud operemur bonum et malum fugiamus.
Unde subditur. Et custodiui legem tuam. Ideo ysa.
xxvi. dicit. Nomen tuum et memoriale tuũ in deside/
rio aie. Istud est nomen in quo spem nostrã ponere de
bemus. iuxta illud psalmiste. In noie sancto eius spe/
rauimus. Item. Et sperent in te qui nouerũt nomẽ tuũ
Nec sine magno fructu qr scdm psal. Beatus vir cuius
est nomen dñi spes eius. Beatus scz nunc per gratiam
et postmodũ per gloriã. Ipso prestante cuius est nomẽ
benedictum in secula.

Sermo decimusquintus.

c Um dictum sit qualiter nomen dñi sanctificetur
in nobis. per hoc qp suam sanctitatem operatur
in nobis nosqz sanctificat. Videndũ est nunc quomõ
debem⁹ ad hoc preparari vt hmõi sanctificatio dei aut
nominis ei⁹ in nobis fiat. Oportet enĩ vt nos per gra/
tiã dei nobis datã aliquid ad hmõi sanctificationem
cooperemur et ad eam nos preparemus. Nam actus
actiuorũ sunt in patiente disposito. secũdum philoso/
phum. Sicut visibile non agit in oculum nisi oculus
bene dispositus sit ad videndũ. Hanc cooperationem
nostram videtur beatus Petrus insinuasse dicẽs. dñz
autẽ christuz sanctificate in cordibus vestris. Sunt igit
quattuor preparamenta que disponunt animam vt a

deo sanctificetur. sitq3 nomen dei in ea sanctificetur.
Primū est sanguis xpi pro nobis effusus. vnde apo-
stolus ad Hebre. vltio dicit. Hiesus vt sanctificaret per
suum sanguinez populū extra portā scz hierusalē pas-
sus est videlicet in mōte caluarie. Sanctificate sunt, aūt
et sanctificant̄ anime per sanguinem xpi. Primo quia
peccatis sunt mūdate et quotidie mūdant̄. ideo Apo.
primo dicit̄. Dilexit nos et lauit nos a peccatis in san-
guine suo. Ideo. i. Jo. i. dicitur. Sāguis christi e mun
dat nos ab omni pctō. Et ad hebre. ix. dicit̄. Sanguis
xpi emundabit conscientiam nostraz ab operibus mor
tuis Secundo quia redemit et quotidie redimit siue
liberat eas a vinculis dyaboli. Unde ad Ephesi. prio
dicitur. Habemus redemptionez per sanguinem eius:
Et prima Pe. i. dicit̄. Scientes q non corruptibilib⁹
auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersa
tione paterne traditionis sed precioso sanguine quasi
agni incomminati et immaculati christi. Item sancta
mater ecclesia cātat. Te ergo quesumus famulis tuis
subueni quos precioso sanguine redemisti. Item gu-
berna tuos famulos quos sanguine mercatus es. Ter
tio quia ornat animam vt fiat sponsa deo placēs. Vñ
sancta Agnes dixit. Sanguis eius ornauit genas me
as. Et merito quia colorat eam eodez colore quo colo
ratus est sponsus eius. Ipsa nanq3 de spōso suo dicit
Cañ. v. Dilectus meus candidus et rubicundus elec-
tus ex milibus. Sponsa igit̄ per sanguinem christi fit
candida. i. munda peccatis. Fit rubicunda per patiētiā
vel per memoriaz passionis christi et electa ex milibus.
que reprobantur: Quarto quia confortat animam:
facit enim ipsam animosam et quodāmodo imperter
ritā. Sicut elephas vidēs sanguinē aut liquorē rubeū
vt vue rubee vl' mori mirabiliter animat̄ et quasi impter
ritus aggredit̄ hostes. Sic hō dz ai an ɔtra hostes hūs

Elephātis natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

pre oculis effusionem sanguinis xp̄i et passionez eius Ideo .i. Petri.iiij. dicitur Xp̄s passus in carne et vos ea dem cogitatione armamini. Per hāc armaturā sancti vicerunt et adhuc vincunt dyabolum. ideo Apo.xij. dicitur. Ipsi scz sancti vicerūt illuz scz dyabolum propter sanguinem agni. Et est notandū q̄ xp̄s vt suo sanguine nos sanctificet. non semp illū effundit. sed sufficit semel euz pro nobis effudisse. Sicut eni christus semel mortuus est pro nobis et iam non moritur nec mors ei vltra dominabitur. et nos cotidie morte sua viuificamur. sic suū sanguinē effudit nec amplius eum effundet pro nostra purgatione: redemptione: ornatione ac cōfortatione. Sed illa effussio quam xp̄us fecit de suo corpore semp opabitur in nobis per deuotā meditationem cum cōpassione et gratiarū actione. Confitemini ergo memorie sanctificationis eius. Ut dicit psal. Sic patet primū per quod sanctificat tabernaculuz suū altissimus.

Exemplū. De hmōi memoria effusionis sanguinis christi pulchrū solet recitari exemplū parabolicuz tale Fuit quedā puella valde decora nobilis et diues. quā quidā tyrannus prepotēs et astutus dolose aggressus seduxit et ad sibi consentiendum verbis blādis et mendacibus traxit et inclinauit. Quā sibi sic deceptorie subiectā et subactam multum crudeliter. et sine misericordia grauiter afflixit. ipsa vero in se reuersa et se deceptā videns opem petijt sed non erat qui consolaretur eā aut adiuuaret. Tandē vnicus filius cuiusdā potentissimi regis hanc calamitatem et miseriā puelle perpendens scz qualiter prius dolose decepta et postea maliciose afflicta fuit ad ipsam venit eiq̄z cōtra tyrannū opem promisit. dūmodo tyrannū desereret sibiq̄z fidem seu fidelitatē seruaret. Et ipse induit se vestimētis scd̄m generationē vel stirpē illius puelle. Quib⁹ indut⁹ ostēdit se cārnē illius puelle assūpsisse et iniuriā ei factā velle vīdicare

Exemplū aduentus xp̄i in mundū, —

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et aggress⁹ tirannũ. fraudes nequicias et crudelitates eius detexit. eiq₃ in oibus resistens machinationes ei⁹ pessimas dissoluit. Tãdem singulari duello cum impetens et secum congrediens. ipsum deuicit et ꝓstrauit. ac a domino qd̓ dolose vsurpauerat et maliciose occupauerat eiecit et ipsam puellam ab eius tyrannica oppressione liberauit In ipso tamẽ certamine dictus fili⁹ regis a satellitibus illius tyrãni tam grauiter vulneratus fuit ꝙ licet victori existeret. ex illis tamẽ vulneribus mortu⁹ fuit. Quod dicta puella cernens accepit arma dicti sui liberatoris. sanguine rubricata et ea in thalamo suo reposuit quatinus illa semper aspiceret. quibus aspectis recordabaꝛ fidelitatis seu caritatis quã sibi dictus regis filius exhibuerat. eiusq₃ sanguinẽ pro se fusum et mortez pro se tolleratam cum dolore et luctuosa compassiõe ad memoriam reuocauit. Et sic in omnibus sibi occurrentibus siue prosperis. siue aduersis per aspectuz huiusmõi armoꝝ immobiliter stetit. sic ꝙ in prosperis humiliabatur et in aduersis cõsolabatur. Mistice per hanc puellaz nobilẽ pulcram et diuitem. intelligitur genus humanũ quod fuit a deo nobile et decorũ in principio factum qd̓ quippe ipse ad ymaginẽ et similitudinẽ sui fecerat. Ditatuq₃ fuit omnibus bonis paradisi terrestris et ad possidendũ regnũ celoꝝ electum. Hanc puellam ille pessimus et seuissimus tyrãnus. eiect⁹ a regno celorũ. s. dyabolus. dolosa suggestione aggressus fallaciter decepit. sibiq₃ subiecit et multoꝝ annoruz milibus sibi subiectã detinuit cui etiam nulla creatura opẽ ferre poterat. quãtumcunq₃ gemeret et opem posceret. Nouissime vero filius dei vnigenitus misertus huic misere et desolate. ac quasi iam desperate puelle motusq₃ sua naturali et ingenua bonitate nec violentia cõpuls⁹ nec aliqua iuris aut debiti ratione ꝑmotus. de domo maiestatis sue descendit in hãc vallẽ miserie. et assumpta veste humane natu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

re. eādez puellā quātū pertinet ad ecclesiā catholicā desponsauit et cū ea fedus ꝑpetuū iniit. Et egress⁹ de thalamo suo trigintatribus fere annis fraudes dyabolicas et malicias detexit. hominesqꝫ quātum potuit ab eius tyrānico dominatu detraxit. Sꝫ in fine singulare duellum secuꝫ hn̄s in cruce ipsum vicit et ꝓstrauit dictāqꝫ puellā ab ip̄o liberauit. Ibidē tn̄ a ministris dyaboli vulneratus mortem subijt corporalē. Cui⁹ arma. i. stigmata et signa passiōis sanguine rubricata dicta puella quā tum ad ecclesiā fideliū in suo thalamo. i. in templis et libris reposuit. vt illa in memoria semper retineat et per ea in omnib⁹ euentibus armetur et ꝯfortetur. Moraliter vero loquēdo quelibet anima xp̄ana tanqꝫ sponsa xp̄i sanguine eius desponsata debet hm̄ōi arma. i. passionē vulnera et effusionē sanguinis xp̄i in thalamo suo interiori perꝑtinuā memoriā et gratiarum actionē habere recondita et ad ea semper respicere ne ꝓsperis eleuet̄ nec aduersis frangatur sꝫ fidem incōcussam et inuiolatam tam dulci suo amatori semper teneat. eiqꝫ vicem amoris quantū potest cordialiter rependat. Secunduꝫ ꝑparamentū disponens animā vt a deo sanctificetur ad sanctificandum nomen ipsius in ea est cōtemptus terrenorum. Nam sicut amor terrenoꝝ excludit sanctificationē dei ꝓpter auersionem a deo et conuersionem ad terrena Sic per oppositum cōtemptus terrenorū ꝑparat animā ad sanctificationem dei ꝓpter auersioneꝫ a terrenis et ꝯuersionem ad deum. Ideo sancti vt magis sanctificarē tur ꝯtemptis terrenis desiderabant deuꝫ et celestia. Nō eīn se cōpatiunt̄ in eadē anima amor terrenoꝝ et amor celestiū. Unde Grego. bene dicit. Tanto q̄sqꝫ ab amore disiūgit̄ supno quāto inferius delectat̄. Ideo ysa. xl. dr̄ Qui sperāt in dn̄o mutabūt fortitudinē assument pennas vt aquile currēt et non laborabūt ambulabūt et nō deficient. Mutare fortitudinem est pn̄ia et terrena tam

no. de contemptu terrenorum

no.

fortiter ↄtemnere q̄ꝑ fortiter fuerunt amata. ac celestia et
futura tam fortiter amare q̄ꝑ fortiter fuerūt ↄtempta. ꝙ
autē sancti sic desiderant superna et celestia p3 Zacha. ix
vbi dici . Lapides sancti eleuabūtur super terrā Illi s3
lapides viui ex quib⁹ celestis hierusalē ↄstruit̄ et merito
eleuabūt̄ sup terrā. s. ↄtēnēdo terrā et terrena et ↄuertēdo
se ad celū et celestia. sicut em̄ scriptū ve. ve. ve. habitā ti
b⁹ in terra Illi nāq3 dicuntur habitare non super terrā s3
in terra qui terrena diligunt et his inherent. Et bn̄ dicit̄
ter ve. ve. ve. quia habent ve in vita in morte et post mor
tem In vita quia bona terre cū labore acq̄rūt. cū timo
re possident. et cum dolore deserunt vel amittunt. vnde
quidam versificator sic ait. Diues diuitias non congre
gat absq3 labore Nec tenet absq3 metu nec deserit absq3
dolore In morte quia coguntur deserere mundum quē
amauerunt. carnem cui seruierūt. et secum ferre peccata
que commiserunt Post mortem vero quia rigidi iudica
buntur regno celorum priuabuntur et in inferno detru-
dentur Idcirco bene dicitur Job iiij. ca. Qui habitant
domos luteas. qui terrenū habent fundamentū. consu
mentur velut a tinea de mane vsq3 ad vesperā succident̄
et q2 nullus intelligit in eternum ꝑibunt. hec ibi. Tertiū
ꝑparamentū anime vt a deo sanctificetur et nomen eius
in ea est exercitiū bonū q2 hoc animā habilitat et dignā
facit vt sanctificetur. Consistit aūt exercitiū bonum in a
gendo et patiendo non enim solum in actionibus sed et
in passionibus anima bene et salubriter exercetur. Sic
sancti tēpore pacis mirabiliter operabantur vel deo ser
uiendo vel se castigando vel ꝓximo corporaliter aut spi
ritualiter subueniendo. Tempore vero ꝑsecutionū mi-
rabiliter patiebantur. sibi vim inferebant naturā ad pa
tiendū cogebant tormenta cum tortoribus irridebant
vt statim dicetur in quodā exemplo. Idcirco de Moyse
bn̄ dicit̄ Eccl. xlv. In fide et lenitate ipi⁹ sācū fecit illū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Stabilitas,

Fuit enim sanctificatus per fidem que per dilectionem o-
peratur Ad gala.v. Quia et fides sine operibus mor-
tua est Ja.ij. Ideo in fide ipsius intelligitur exercitium
bonorum operum. Item sanctificatus fuit per lenitatem
que et quasi temperamentum anime in aduersis per quam
intelligitur exercitium bonum in passionibus. Illa leni-
tas etiam mititas vel mansuetudo dicitur que homines
victoriosos facit in aduersis. Unde Aug. dicit Mites
vincunt in bono malum. Et hieronimus dicit. Mitis
omnia equanimiter sustinet. non irritat nec irritatur nec
nocet nec nocere cogitat. Quartum preparamentum ani
me vt ipsa sanctificetur a deo et nomen dei in ea est con-
stantia siue stabilitas Qui enim incostans seu instabilis
est faciliter mutatur et fit inhabilis a deo sanctificari. Vi
demus enim de aqua currente quod per radios solares pa-
rum aut nihil calefit. quia propter motum radij solis in
ea non figuntur et sic non operantur. Sed aqua stans no-
tabiliter per radios solis calefit. Sic reuera est de homine
inconstante vel instabili. quia licet deus superius sibi radios
lucis gratie velit infundere et licet ipse quandoque bonum vi-
deatur concipere. tamen propter instabilitatem gratiam dei quo
dammodo fugit. ymo fugat et bonum propositum suffocat.
Etiam instabilitas videtur esse certum signum quod peccata
prius perpetrata non sint radicitus extirpata et deleta. dici
tur enim Tren.i. Peccatum peccauit hierusalem propterea
instabilis facta est. Ad constantiam vel stabilitatem ammo
nitus fuit apostolus ab angelo dicente. Constans esto
Paule Act.xxiij. Ad quam etiam ipse alios hortabatur
scribens in.i. ad chor. Stabiles estote et immobiles ha
bundantes in opere domini. semper scientes quod labor vester
non est inanis coram domino. Sic sancti in sua sanctitate constan-
ter perseuerabant et amplius sanctificari meruerunt. vnde psal.
dicit. Domum tuam .i. animam iusti decet sanctitudo domine in
longitudine dierum id est constanter siue perseueranter.

Sic et Lu.i. dicitur. Seruiamus illi in sanctitate et iusti
cia corā ipso omnibus diebus nostris. Seruiam⁹ ergo
dnō in sanctitate quatinus ab ipso plus sanctificemur et
ipse in nobis sanctificet̄. De hoc dicit̄ Leui.x. Sanctifica
bor in his q̄ appropinquant michi scʒ ad ministrandū.
Et ad idem propositum dicitur. Nume.xvi. Notum fa
ciet domin⁹ qui ad se ptineāt et sanctos applicabit sibi
et quos elegerit appropinquabunt ei. Seruiamus eti
am domino in iusticia omnibus diebus nostris vt s. a
tramite iusticie non declinemus sed ꝯstanter et stabiliter
q̄diu vixerimus ei adhereamus. Sic sancti in hoc mun
do nullis blandicijs aut promissionibus nullis minis
aut tormentis potuerunt inflecti vt a via veritatis aut
iusticie quoquomō declinarent. Exemplum. De hoc
pulcrum scribit exemplum. Eusebius cesariensis in eccle
siastica historia. de quodā dyacono qui proprio nomie
vocabatur sanctus. Et reuera scūs fuit. nō casso nomie
sed et veritate. Iste dyacon⁹ comp̄hensus ab infidelib⁹
non potuit tormentis ad hoc induci vt saltem nomē su
um ediceret. Naʒ interrogat⁹ quis esset aut vnde et quo
nomie vocaretur. Respondit ꝯstanter xp̄ianus sum. hoc
mihi patria hoc michi genus hoc nomē est. Quapropter
tor tores p̄ ira quasi furentes immanissimis tormentis
cuʒ affecerunt. intm̄ vt a vertice capitis vsqꝫ ad plantam
pedis eius sic fuit laceratus q̄ totum corpus eius quasi
vnū vulnus videbatur et q̄ vix poterat cognosci q̄ erat
homo. Et cum diceretur ei vt solummodo nomen suum
diceret et tormenta euaderet. non acquieuit sed dixit xp̄i
anus sum. Ecce mirabilem et inflexibilem ꝯstātiam vi
ri. qui si nomen suum expressisset vtiqꝫ non peccasset.
Sicut legitur de beata katherina et de multis alijs qui
non solum nomen proprium sed et genus et patriam in
terrogati dixerunt. Sʒ iste sanctus noluit ad hoc per tor
menta vel penas induci ne videretur timore penaruʒ his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

saltē in minimo cessisse et vt daret intelligi ꝙ multo minus posset induci ad negandū xp̄m aut fidē eius et ad adorandū ydola. Ostendit ergo ꝯstantiam et fortitudinem animi ꝯtemptum tormentorū. firmitatem fidei et fidelitatem ad suū creatorem. Sanctificauit deū in se. christianos ꝯfortauit et suos tortores vicit et confundit Igitur tortoribus cōfusis ductus fuit ad carcerem sicut dictū est vulneribus sauciatus. vt vel corpore putrefacto ibidem moreret᷑: vel vt nouis cruciatib⁹ denuo torqueretur. Et ecce mirum. nam cū eductus fuisset de carcere vt iterum puniretur quodcū ꝙ membrum per tortores tāgebatur hoc statim sanabatur. et sic ad maiorem ꝯfusionem tyrannoꝝ et tortoꝝ per iteratā punitionem corp⁹ illud quod vulneribus erat plenū fuit plenarie sanitati restitutum. Ex p̄dictis igitur colligitur quomodo quis debeat p̄parari vt sanctificetur. nec tamē estimet ꝙ sanctificationē aut p̄parationem aut sanctitatē habeat quis a seipso ſꝫ a domino. Quapropter apostolus dicit Deus aūt pacis sanctificet vos per omnia prima ad Thess. vltimo. Et dominus per prophetā dicit. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. mea. s. que a me procedit. mea qua mihi seruitur et ministrat᷑. mea qua glorificor et sanctificor. nō in me ſꝫ in eo. Et q꞉ nemo quātūcun ꝙ sanctus et ꝑfectus fuerit debet in hac vita que via et peregrinatio est ad deū se sufficienter sanctū reputare ymo debet conari vt in sanctitate ꝑficiat. Ideo Apo. vltimo. dr̄. Sanctus sanctificet᷑ adhuc nā quāto sanctior fuerit tanto magis deum in se sanctificabit. Cui sit honor et gloria in secula. amen

Sermo decimussextus.

a Veniat regnum tuū Saluator noster volēs suā benignissimā miaꝫ et ineffabilē caritatē quā gessit

ad humanū gen⁹ ostēdere. venit de sublimi solio regni sui in hoc exiliū per assumptā humanitatē vt nos hoies saluās et sue diuinitatis participes faciens de hoc exilio et valle miserie in gloriosum suum regnū īn perduceret et sublimaret. Ad quod quidem regnū nec p̄ nos nec p̄ aliquā aliam creaturā peruenire poteramus. Erat eñ porta regni clausa. via hostib⁹ plena et nos multis peccatis onerati. Sȝ filius dei peccata nostra tulit. hostes vicit. viam p̄cedendo monstrauit et portas regni reserauit Ideo vt certā spem et fiduciā habeamus ad illō regnū veniendi et ip̄m possidendi. Promisit nobis ipsum taȝ per se q̄ per suos p̄cones Nam suus p̄cursor dixit. Penitentiā agite appropiquabit eñ regnū celorꝝ. Mat. iij. Deinde ipse saluator p̄sonaliter hoc idem repetijt et p̄dicauit vt dicit̄ Mat. iij. et hoc p̄cepit apostolis qñ misit eos dicens. Euntes p̄dicate dicētes quia appropinquabit regnuȝ celorꝝ vt dicit̄ Mat. x. Regnū ergo celorū qd̄ p̄misit hoc plenarie dabit quādo dicet. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnuȝ a cōstitutione mundi. Mat. xxv. Ut aūt ip̄m regnuȝ p̄oculis habeamus. ipsumq̄ȝ desideremus ac ad ip̄m indesinenter tendamus. et etiam vt tāto digniores efficiamur ipsum recipere. Idcirco saluator noster docuit nos ipsum petere in orōne quotidiana dicendo. Adueniat regnū tuū Notandū est igit̄ q̄ triplex ē regnū dei scȝ internū qd̄ est intra nos scȝ regnū anime Externū quod est extra nos. hȝ regnū ecclesie Et supernū quod est supra nos scȝ regnū glorie. Primū igitur regnū dei habet homo intra se. Iuxta illud Luce. xij. Regnū dei intra vos est. Est aūt regnū dei in aīa quādo deus regit animā. et ipsa scd̄m oēs vires suas regit̄ a deo. De hoc regno dicit̄ ad Ro. xiiij. Non est regnum dei esca et potus sȝ iusticia et pax et gaudiū in sp̄ūsancto. Ac si dicatur regnū dei in nobis nō cōsistit in voluptatibus carnis sȝ in virtutib⁹ anime.

regnu dei triplex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et scd'm hoc deus appellatur rex anime. vnde psalmista
dicit. Rex meus et deus meus. Et sophon. vltimo. dicit.
Lauda filia syō. letare et exulta filia hierusalē quia dn̄s
rex in medio tui. i. intra te. et bn̄ tali aīe q̄ a tali rege regit
Nā implebit oīb⁹ bonis. Iuxta illud psal. dn̄s regit me
et nihil mihi deerit. Item dirigitur in via virtutum vt
proficiat et de bono in melius procedat. Ideo in eodem
psalmo dicitur. Deduxit me super semitas iustitie. Itē
defenditur et custoditur a malo. Iō in dicto psalmo dicitur.
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis non
timebo mala quoniā tu mecū es. Iste rex ordinauit le
gem in hoc regno anime qua omnia bn̄ disponunt in ip
so videlicet obediētiam. Nam ipe residet in hoc regno p
cipiens ꝯsulens et exhortans et requirit vt aīa cum om-
nibus subditis suis obediat. Habet eīn aīa quādam fa
miliā iuxta se videlicꝫ vires et potentias suas que semp
manent intra. Habꝫ eīn quādā familiam extra et subt⁹
se. s. sensus exteriores corpus et mēbra corporis quibus
ad extra opatur. Sed hec omnia debent regi p legē obe
diētie nec dn̄t repugnare regi Et sic aīa p istā legē recta et
vlterius suam familiā regens proficit in virtutib⁹ et bo
nis spūalibus. Vnde. Grego. dicit. Obediētia sola vir
tus est que menti virtutes ceteras inserit insertasq꜄ custo
dit. Sed malignus spūs conat hominē auertere ab hac
obedientie lege trahens ipsum ad ea que deo contraria
sunt. vt deus locum suum deserat et ipse malign⁹ spūs
regnet. Et hoc fit maxime p superbiam quia per eam ho
mo repugnat deo et sibi obedire ꝯtemnit imitatq꜄ dya
bolum superbum et inobediētē et ei tanq̄ regi subijcit
Ipe namq꜄ rex est super omnes filios superbie. vt dicit
Iob. xli. Iste rex vel potius tyrannus scꝫ dyabolus nō
bene regit sed tyrānice et crudeliter affligit sibi subiectos
spoliando captiuando et occidendo aut saltem deriden
do et illudendo. Ideo. Thobie. iij. bene dicitur. Quia

nō obediuim⁹ preceptis tuis. ideo traditi sum⁹ in direp tiōēz et captiuitatē et mortē et in fabulā et in improperiū

Exemplum De hoc tale scribitur in libro de illustri bus viris cisterciensis ordinis. Fuit quidam conuersus cisterciensis priori suo inobediens qui ea que sibi ꝑcipi ebantur superba mente et irreligiosa voce facere recusauit. Quadam aūt nocte iacens in lecto et vigilās vidit duos tetros demones et scucros iuxta lectū eius stantes quorum vnus dixit. Quis est iste qui iacet hic. Respōdit alter. Conuersus quidam Ait primus. Nequaq̄ ꝫ est q̄dam inobediens. Et alter respondit. Si inobediens est trahamus eum ad portam Moxq̄ꝫ eos eius obturantes traxerunt eū de dormitorio et ferentes euz per aera extra septa monasterij ꝓiecerunt eum et alterutrū sicut solent homines ludere cum pila. Cūq̄ꝫ diutius illusissent ei et parum dimisissent eum iterū accedētes ceperunt illudere ei sicut prius Et ecce statim pulsabatur cāpana ad vigilias. Qua audita demones quasi tonitruo super eos ca dente territi fugerunt ꝯuersum illū in quādam paludez lutosam ꝓijcientes qui prout poterat inde se erigens sedit sub arbore nimio timore ꝯsternatus ne forte demōes redirent. Mane autem facto cum cōuersus binande int⁹ et foris quereretur tādem inuentus tanq̄ꝫ amens duct⁹ in infirmitorium didicit ex hiis que passus fuerat suis supi oribus obedire. Sic ergo pꝫ primo regnuz dei sꝫ quod est intra nos. De quo nō inconuenienter possum hec ver ba. s. Adueniat regnuz tuū intelligi vt sic quotidie peta mus quatinus deus noster in nobis regnet. nosq̄ꝫ ꝑ veram obedientiam ei subiecti ab ipso salubriter regamur. Scōz regnuz dei est extra nos sꝫ sancta ecclesia catholica de quo regno dicit Lu. ix. Uere sunt hic aliqui stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei.

Super quo dicit Grego. in omelia. Regnum dei hoc loco ꝑsens ecclesia vocatur. Et quia nōnulli ex discipu

de inobedientia

adueniat regnum tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

lis vsq̃ a deo in corpore victuri erant. vt ecclesiam dei cō
spicerent cōstructam. et ꝯtra huius mūdi gloriam erectā
ꝯsolatoria promissione nunc dicit̃. Sunt quidam de hic
stantibus In hoc regno dei sunt boni ꝯgregati cum ma
lis et electi cum reprobis. qui tñ postea sepabuntur. Vñ
Mat. xiij. dr̃. Mittet angelos suos et colligent de regno
eius omnia scandala. Item ibidē dicit̃. Simile ē regnū
celorum. sagene misse in mare et ex omni genere piscium
cōgregāti quā cum impleta esset etc. Et post pauca. Exi
bunt angeli et separabunt malos de medio iustorum etc.
Item Mat. xxv. Simile est regnum celorū. x. virginibus
etc̃. Ecce ꝙ hic cōmixtim ꝯiuncte sunt prudentes virgi-
nes et fatue. Sed postea prudentibus intrantibus cum
spōso ad nuptias fatue excludunt̃. Huiꝰ regni filius dei
est rex in quo tunc regnare cepit quādo naturā nostram
assumpsit et induit. iuxta illud psalmiste. Dñs regnauit
decorem indutus est. De hoc rege et eius regnatiōe pro-
phetauerat Hieremias dicens. Suscitabo Dauid ger-
men iustum et regnabit rex. Hiere. xxiij. Ipse est ille Sa
lomon rex de quo dicit̃ Cañ. iij. Egredimini et videte
filie syon regem Salomonē in dyademate quo corona-
uit eum mater sua. Coronauit aūt eū mater sua dyadema
te carneo quādo in vtero suo de purissimo sanguine suo
formatum fuit corpus filij sui. In persona huius regis
dicit psalmista. Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo super
syon montem sanctū eius. i. eccl'iam sanctā. Iste rex or-
dinauit et cōstituit in regno suo p̄dicto quādam legem
scz fidem catholicā quā docuit et firmauit verbo et exem
plo. miraculis et proprij sanguinis effusione sine qua le
ge nullus ei placet. nullꝰ inter suos cōputat̃. nullus ab
eo salubriter gubernatur. Per hanc legem sancti dei do
cti et cōfortati vicerunt vt dicit̃ ad hebre. xi. Per fidem vi
cerunt regna. Nam per eam euaserunt mala mūdi. tran-
sierunt per ignē et aquam et obtinuerūt regnum celorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Hanc legẽ quilibet debet seruare in corde. sicut psal. de quodam dicit In lege domini voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte. Item lex dei eius in corde ipsius. Item lex tua meditatio mea est. Item debet seruare in ore. iuxta illud Exo. xiij. Lex domini semper sit in ore tuo. Et iosue primo dicit Non recedat volumẽ legis ab ore tuo. Item seruari debet in ope. de hoc dicit in Esdre. viij. Omnia scd̃m legem dei fiant. s. quãtũ ad opus. ne forte exurgat ira eius. Et psalmista dicit Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini Ambulare est pgredi de bono in melius. Et ad Roma. ij. dicitur Non auditores legis iusti sunt apud deũ sed factores Sit igitur fides in corde qr corde creditur ad iusticiam. Ad Roma. x. Sit in ore sicut psalmista dt. Credidi ppter quod locutus suȝ. et nos credimus ppter qd̃ et loquimur vt dicit. ij. ad Cor. iiij. Sit etiam in opere quia fides sine operibus mortua est Ja. ij. Unde Aug in quodã sermone. Interrogo te vtrũ credis dicis credo fac quod dicis. et fides est. Sed dyabolus vt istud regnum disturbaret conatus est hanc legẽ corrũpere et sup semen bonum quod saluator in agro ecclesie seminauit suuȝ sizania superseminare sicut dominus docuit in quadam parabola vt dicitur Mat. xiij. Et vt regnum ecclie disturbaret ac fidem adhuc nouellam extingueret. Inflammauit reges et principes mundi vt fideles quosqȝ persequerentur et trucidarent. Sed considerans q̃ sctã ecclesia inde magis pficit et accreuit ac fides magis floruit eo q̃ vbi vnus pro fide occidebatur quãdoqȝ multa milia ɔuertebant. Ideo ad subtiliores ɔuersus machinatiões et insidias nõ ab extra sicut prius. i. ab infidelibus gentilibus aut iudeis sed magis ab intra id est ab illis qui xpiano nomine gloriabantur ruinas ecclesie ac fidei quesiuit. Sciens eniȝ q̃ omne regnum in se diuisuȝ desolabitur intestina suscitauit bella et hereses cõfinges

Ambulare

fidei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

sub quodam colore veritatis seminauit et ipas q̄busdā hominibus iam pridem per electionē et vanā gloriam inflatis tanq̄ vasis suis venenū illud pfidie infudit et per ipsos longe lateq̄ȝ diffudit. Per quas scilicȝ hereses sancta ecclesia multo grauius et piculosius affligebatur q̄ prius a psecutionibus gentilium aut iudeoruȝ. Here tici nāq̄ȝ se filios ecclesie fore gloriabant et per quādaȝ simulatoriam sanctitatē homines decipientes et potēti- ores seculi sibi attrahentes per vim et potentiā principū homines ad suos errores ꝯpellebant. Inter quos .s. he reticos grauissime sanctam ecclesiā vexabāt ariani qui ab ario quodā sacerdote alexandrino infecti filiū dei as serebant purā creaturā et nihil hr̄e; substantialiter cōmu ne cum patre. Contra quem scȝ arium et suos sequaces fuit illud famosuȝ ꝯsilium nicenū tricentorum et octode cim episcoporum. Ubi ario dānato et cum quibusdaȝ sibi adherentibus in exiliū misso statutuȝ fuit vt filium dei omousyon grece .i. ꝯsubstantialem credamus et con fiteamur. Huic autem cōsilio Constantinus imperator tanq̄ feruidus zelator ecclesie et fidei psonaliter affuit. Postea vero arius ab exilio reuocatus impante Con- stantiuo ariano fere omnia regna xp̄ianitatis infecit et commouit intm̄ q̄ vix fuit regnum ciuitas villa vel con gregatio fidelium. Quin illud dyabolicū venenuȝ ali- quibus vasis esset infusum propter quod sanctus Ana thasius multas insidias et persecutiones passus cū vbi q̄ȝ quereret ad mortem ab oriente in occidēteȝ et veniēs treuerim a sancto Maximino episcopo treuerensi hono- rifice susceptus fuit et in quodā puteo sicco sex annis oc- cultatus canticum. Quicunq̄ȝ vult saluus esse compo suit. Deinde Constantino mortuo ad sedem suam re- uersus vixit et obijt in pace. Dictus autem arius vt in hystorijs ecclesiasticis legitur cum per forum coustanti- no politanum armata satellitum manu vna cum

Eusebio episcopo incomedie. spūali fautore suo pgeret vt sanctum Alexandrū episcopum ab ecclesia pelleret. tactus dolore viscerū secretum locū petijt vbi egestis et effusis intestinis. turpem et miserum finem vite sortitus fuit. Arrianam tādem eūdem locum purgantes capellam ibi ↄstruxerunt. quatinus huius rei memoria tolleretur Hec igitur lȝ prolixe nō tamen inutiliter sint dicta de regno ecclesie quod est extra nos. De quo regno etiam debent hec verba. s. adueniat regnum tuum intelligi vt sic quotidie petamus. quatinus de⁹ ecclesia pfecte vniat et vnitam custodiat. Sicqȝ in ea per verā fidem dominet et regnet. Tertium regnum dei est supra nos scȝ regnum glorie de quo dicit Mat. vi. Primu querite regnum dei Et Lu. xiiij. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Et qȝ ad istud regnuȝ finaliter tendere debem⁹ et p ipso supplicare. Ideo de ipso in alijs sermonib⁹ latius dicetur. Huius regni rex potēs est de⁹. de quo dicitur in psal. Rex manus super omnes deos. Item. Sedebit dominus rex in eternum. Item dominus virtutum ipse est rex glorie. Iste rex cōstituit optimā legē in hoc regno per quā optime regitur et disponit scȝ caritatē Vnde Aug. lex dei caritas est secundū hanc legem de⁹ vult omnes creaturas gubernari. Nam sicut per caritatem et ex fonte caritatis omnia pduxit. sic per eam omnia gubernat. Ideo Bernar. in epistola ad carthusieñ. dicit. Caritas eterna lex est creatrix et gubernatrix vniuersitatis. Ipsa est illa perpetua ratio. de qua Boecius dicit libro iij. de ↄsolatione philosophie metro. ix. O q̇ ppetua mūdum ratiōe gubernas. Soli tamen beati in patria se pfecte submittunt isti legi. Nec solum deus regit regnum supnum lege caritatis. sȝ et ipse eadem lege quodāmodo regit Ideo Ber. dicit. Deus nō est sine lege caritatis. Sed hanc legem dyabolus in principio huius regni seruare noluit q̇ per priuatum amorem suup/

Caritas est lex dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

sius scipsum extulit. et illā legē quātum in se fuit infrin gens. regnum illud disturbare temptauit. Ipse vero cū oibus sibi ꝯsentientibꝰ statim corruit quia celū ferre celestū nō potuit. Et in breui hora fuit biformis. s. pulcher et deformis. felix et miser angelꝰ et demō Et sic irreuocabiliter ab illo regno exclusus est. ꝙ ad illud reuertandi nulla sibi spes superest. Nam superbia sua quā in celo ꝯcepit. et qua intumescat tā pertinaciter radicata est in eo ꝙ nullo mō vult se sub suo creatore humiliare. ymo nec miam petere dignaṫ. Exemplum De hoc scribit auctor libri de apibus se vidisse mulierem diuitem et honestam possessam a demone. Quā cum visitare inter alia interrogauit demonem dicens. Estne illa celestis patria quā perdidisti tam pulchra sicut dicitur. Et respondit Infinitum pulcior ꝙ dicaṫ Et ille. Velles ne ad illam redire si posses. Respondit. vellez vt redire possem. et vsꝗ ad diem iudicij omnia excogitata supplicia sustinere Cui sacerdos dixit. Et ego ꝓmitto tibi in periculū salutis mee si mendax inueniar. illam glorиā ꝑditā recuperare te posse si tātum dixeris. Domine deꝰ meꝰ peccaui ignosce mihi. Mox ille ꝯtorto collo mulieris horrifice clamauit. Domine dn̄e. Cuncꝫ hoc sepius cū clamore valido personaret. tādem dixit. Domine deus margarete. Sic eñ obsessa mulier vocabatur. Tunc sacerdos ait. O infelissime inter oēs creaturas superbia elisit et depulit te de celo et ipa te redire nō ꝑmittit. Hec igiṫ de isto tertio regno pro nunc sufficiant Istud est regnuꝫ qđ principaliter cordi pre oculis habere debemus qñ petendo dicimus. Adueniat regnum tuum quatinus ipsum tādem optinere et sine fine possidere valeamus. Prestāte domino nostro iesu christo qui viuit et regnat rex regum et dominus dominantium in secula seculoꝝ amē

Sermo decimusseptimus

Ostq̄ dictum est de triplici regno dei quod meri-
to petere debemus. Videndū est nunc specialiter
de regno superno siue celesti. Ad quod totis virib⁹ as-
pirare et tendere debemus. pro quo etiā singulariter in
orōne dominica orare debemus. Vt aūt tanto maiori
deuotiōe et desiderio ad ipsum afficiamur et pro ipō tā-
to feruentius laboremus. vidende ac ꝑtractande sunt q̄-
dam ꝯdictiōes et ꝓprietates ipsius. quibus ꝯsideratis
quātum sit desiderandū et petendū pro ꝑte manifestuꝫ
erit. Sunt igitur sex principales ꝯditiōes seu ꝓprie-
tates regni celestis quātum ad propositū nostrū sufficiat
que ꝯsiderate merito debent affectum nostrū trahere ac
mouere ad ipsum ꝯsequendū. Prima conditio seu ꝓ-
prietas est ꝙ illud regnum est speciosissimū. Vnde gre.
Omnis pulcritudo huius mundi non est nisi vnus car-
cer obscurrissimus respectu pulcritudinis regni celestis.
Idcirco de iustis hominibus dicit Sapien. v. Iusti in
perpetuū viuent et apud dominuꝫ est merces eorum et
cogitatio illorum apud altissimuꝫ. Ideo accipient reg-
num decoris et dyadema speciei de manu domini. Nec
mirū ꝙ illud regnuꝫ est decoris quia ibi nulla est macu-
la anime nulla deformitas corporis nulla feditas loci.
Primo dico ꝙ ibi nulla est macula vel inquinamentū
anime. eo ꝙ ibi nullū est peccatum. scꝫ nec originale nec
actuale In signum huius dyabolus q̄ cito peccauit
subito quasi in ictu oculi cecidit. Iuxta illud dictū salua-
toris. Vidi sathanam quasi fulgur cadentem de celo.
Lu. x. Et postq̄ ille cuꝫ suis cōplicibus eiect⁹ et expuls⁹
ceciderat. loc⁹ ille sic sanctificat⁹ et ꝑuilegiat⁹ est ꝙ null⁹
ibi existēs peccare poterit. nec aliq̄s cū pctō illuc ꝑueniet
Scd̄o dico ꝙ ibi nulla erit deformitas corpoꝝ. Nā bea-
torum corpora in resurrectione nullam habebunt defor-
mitatē nullam grossiciem et nullum omnino defectum.
Sed erunt pulcerrima lucidissima et optime disposita.

Regni celestis sex conditiones

Fulgebunt eniz iusti sicut sol in regno patris eoꝝ Mat. xiij. Quod nõ solum de animabus sed et de corporibꝰ intelligendũ est Unde ad phil. iij. dicit. Saluatorez expectamus dñm iesum xp̄m qui reformabit corpꝰ humilitatis nostre ꝯfiguratũ corpori claritatis sue. Tertio dico ꝙ ibi nula est feditas loci sed plenissima pulcritudo et amenitas. Idcirco Apo. xxi. dicit Ipsa ciuitas scꝫ hierusalem celestis ex auro mũdo similis vitro mundo Et Thobie xiij. dicitur. Porte hierusalem ex saphiro et smaragdo edificabunt et ex lapide p̄cioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido et mundo oēs platee eius sternentur. Que verba non vtiqꝫ de terrestri hierusalem sꝫ de celesti debent intelligi. Nec scd̄m litterã regnum celoꝝ sic edificatum est per portas muros et plateas. sicut ciuitas humanis manibꝰ edificata. Sed ista ponũtur ad significandum delectabilem decorẽ seu pulcritudinẽ eius. Et licet psalmista dicat hierusalem que edificatur vt ciuitas Hoc intelligendũ est non de portis muris vel domibus. sed de ciuibus inhabitantibus q̄ sub vna lege cõcordes et ab vno rectore gubernati diuersos habent status et inequalem gloriam scd̄m inequalitatem meritorum suorũ. Omnes tamẽ absqꝫ defectu sufficienter ꝯtentantur nec inferior inuidet superiori nec superior ꝯtẽnit inferiorẽ ideo luxuriosi nõ hñt locũ i regno celoꝝ qꝛ maculant corpꝰ animã et aerẽ circũstantẽ. Nec solũmodo sua corpora vel animas. sed et alioꝝ. bene ergo dicitur ad Gal. v. Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio immũdicia. etc̄. Et sequitur post pauca que p̄dico vobis sicut et p̄dixi. quoniam qui talia agũt regnum dei non ꝯsequentur. Et prima ad Coꝝ. vi. dicitur Neqꝫ fornicarii neqꝫ ydolis seruientes regnum dei possidebunt. Item. i. ad Coꝝ. xv. dicitur. Caro et sanguis id est scd̄m carnẽ et sanguinẽ viuentes et operantes regnum dei possidebunt. Nec solum luxuriosi sꝫ et omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

peccatores a regno dei sunt exclusi eo q̄ immūdi sunt et maculati Ideo Apo. xxi. dicit. Non intrabit in illā scȝ supernam ciuitatē aliquid coinquinatum. Habet autē regnū celoꝝ pulcritudinē ab ipsa diuinitate que est fōs et origo ac plenitudo omnis pulcritudinis. respectu cuius etiā omnis pulcritudo creaturarū est minor q̄ vna gutta respectu maris. ymo est magis dicenda deformitas q̄ pulcritudo. Ideo sponsa introducit̄ dicere. Ecce tu pulcer es dilecte mi et decorus Cā. i. Unde de viro iusto dicit̄ Ysa. xxxiij. Regem in decore suo videbūt oculi eius. Nec mirū quia eius pulcritudinem sol et luna mirantur. et in eum desiderant angeli ꝓspicere De hmōi pulcritudine diuinitatis statim dicentur exempla. Item regnum celoꝝ habet pulcritudinē ab humanitate xp̄i q̄ est omniū creaturarū pulcerrima. Est enim etiam xp̄s secundū humanitatem speciosus forma p̄ filijs hominum vt d̄r p̄sal. Ipse nāq̄ quādo natus fuit decorem induit Et quādo surrexit amictus fuit lumine sicut vestimento Et ascendit formosus in stola sua Ysa. xliij. Itē regnuȝ celoꝝ habet pulcritudinem a multitudine beatorum qui tanq̄ quedam lumina clarissima illud regnum illustrāt Si eīm multa lumina magna faciunt claritatē in aliqua domo quātum putamus esse claritatem in regno celorū ex innumerabiliū sanctorum lumine simul lucentium et sua lumina sibi mutuo comitantiū Exemplū De pulcritudine diuina legitur q̄ magister Jordanus ordinis p̄dicatoꝝ loquens cum quodam demoniaco interrogauit demonē vbi libentius esset. Respōdit demon in celo Et magister. quare inquit. Ait. vt viderem faciem creatoris. Et magister. est illa facies delectabilis. Respōdit Ego semel vidi eam et si adhuc semel videre possem. libenter vellem vsq̄ ad nouissimuȝ diem omnium damnatorum spirituuȝ penas solus sustinere. Quo audito magister nīm expauit q̄ fere videbatur factus exanimis.

de pulcritudine dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

nota de pagano q hec vidit

Ad se vero reuersus dixit. optime michi dixisti. Hec
pulcritudo regni celestis fuit cuidaȝ gentili ostensa saltē
scd̄m aliquā apparentiam. Exemplum Legitur em̄
in libro de apibus ꝙ quidam nobilis qui erat regis tar
tarorū consobrinus. cum acutissimam febrem pateretur
materia ad cerebruȝ ascendente in suriam raptus fuit et
dormientibus omnibus qui circa illuȝ erāt aufugit nu
dus et tribus diebus ac tribus noctibus per heremum
vastissimā oberrauit. Tertia vero nocte digesta mate
ria compos mentis factus fuit et in tenebris horrens so
litudinē quid faceret aut quo se verteret nesciebat. Et ec
ce post paululū vidit in montis cacumine ingens lumē
Reptās ergo manibus et pedibus ascendit in montem
et ibidē vidit regem ām̄irabileȝ super omnē solis fulgo
rem splendidū in throno aureo residentē. et ad eius dex
teram reginā incomparabili decore fulgentē Vidit etiā
mixtim seniores et iuuenes in thronis aureis assidētes
et ministros ex omni pte vultibus sidereis rutilantes.
Hec vt vidit gentilis supra id quod credi potest obstu-
puit Nec mora vnus ministrorū a rege missus vestibus
nuduȝ induit et ad regem pduxit. Cui rex ait Nihil in re
bus humanis simile quid vidisti: Et ille. nihil inquit
domine. Et rex ad eum Ego sum ait xpianorū deus rex
et dominus sempiternus. Tu aūt redibis ad populum
tuū et pquirens inuenies in gente vngarica que mixta
est genti tue duos presbiteros xpianos talis habitus et
talis forme a quibus erudiens ad normā fidei xpiane.
Et vt hec audiuit gentilis renuit omniū beatorū societa
te frustrari. Et mox rex ait ad eum. Impossibile est talē
te manere nobiscum. Sed si xpianaȝ fidē receperis ioc͞u
dissima ista societate perfrueris Hoc dicto miles sedens
in equo albo suscepit illum et in exercitum tartarorum
reduxit. Ille vero sicut iussum fuerat. presbiteros que
siuit et inuenit. et eruditus in fide cum multis milibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

tartarorum sacrum baptisma suscepit ac postmodum christiane et sancte vixit. Vestes autem quas nudus acceperat. precipui coloris erant atque mollicici. Opus autem earum nec plumarium id est acufactum. nec textrinum advertere poterat sed super omni humano artificio contextum videbatur. Hec igitur dicta sint de pulcritudine celestis regni que in infinitum plus quam dici posset maior est. Nec mirum nam ibi deus pulcerrimus. et a quo vt dictum est originaliter omnis pulcritudo processit. seipsum sicuti est ostendit et suam claritatem circumfundit. Que quidem claritas tam dulcis est et pulcra. vt Petrus aliquantulum de ipsa videns. voluerit cum domino habitare in monte Et quid mirum quod omnes beati pulcerrimo lumine resplendeant cum in presentia sint veri solis. et ab ipso lumine sine medio incessanter recipiant. Legitur enim quod ex presentia domini aliquorum sanctorum facies resplenduit in tantum quod alij non valebant eos respicere. sicut de Moyse scribitur Exodi. xxxiiij. Exemplum Sic in libro de apibus de quadam abbatissa Berta nomine. monasterij quod dicitur redinatorium. Scribitur quod cum adhuc esset monialis in aquaria contigit vt quandam sanctissimam ex socijs eius visitaret. et in contemplatione raptam in angulo ecclesie solitariam inueniret. Que vbi a facie eius vellum incircumspecte dimouit. vultus eius omni flamma fulgentius radiauit. Cuius fulgore subito contuentis temeritas repercussa fere exanimis cecidit resupina Exemplum Simile huic legitur in cronicis carthusie quod tempore domini Domini clari prioris carthusie qui cepit anno domini Millesimo. ccc. xxxi. fuit quidam monachus domus carthusie dictus Johannes tornerij magne sanctitatis ac meriti. Qui cum ad sacerdotium esset promotus et primam missam celebrare deberet in conuentu. Sacrista videns eum nimium tardare. ad cellam eius accessit vt euocaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et cum cellam eius aperiret tota illa cella intus igneo splendore radiabat. sicut sol radiat in aere positus. Dict⁹ vero monachus cum ad dictum sacristam euocat⁹ acces sisset. velut flamma ignis totus ardere videbat᷑. Et cuz sacrista nimiũ stupefactus remearet. et oculos suos ver/sus cãdem cellam reduceret. quatuor cereos in aere sup quatuor angulos dicte celle ardere ɔspexit. Si ergo dñs in hac vita. vbi solum in enigmate videmus tãtam clari tatem et pulcritudinem ostendit in suis electis. quid erit in gloria vbi facie ad faciem id est sine medio videbitur Igitur volens intrare regnuz celoꝝ abluat prius sordes pctõꝛuz cum quibus intrare nõ poterit. Et si intus esset ibi remanere nõ posset. Si habet peccatum originale ab luatur per baptismuz. quia si quis renatus nõ fuerit ex aqua et spũ non põt intrare in regnum dei Io. iij. Et si habet pctm̃ actuale abluatur per penitentiam. iuxta illð Penitẽtiã em̃ agite appropinquabit regnum celorum. Ma. iij. et. iiij. Hoc em̃ pro certo tenendum est ꝙ nullus etiam cũ minimo pcto veniali possit clare videre faciem dei. Exemplum De hoc Cesarius narrat ꝙ quidã puer Emolfus noĩe cũ esset mortu⁹ et ante ɔspectuz dñi pduct⁹ faciẽ dei nõ nisi q̃si sub velamĩe et satis iratã sibi videre poterat. ꝓpter hoc ꝙ obulũ germano suo subtra/xerat et de hoc penitentiam nõ egerat. idcirco ad pceptũ domini in puteũ igneum ꝓiectus fuit et grauissime tor/quebatur. et inde tamen extractus et iam purgat⁹ faciez dei clare ɔtemplabatur. Postea reuixit et ordinẽ templa riorũ intrauit. Utrum tamen primo xp̃m in sua diuini/tate vel humanitate viderit eo ꝙ nondũ purgatus fuit ignoro. Secunda ꝓprietas vel ɔditio celestis regni est ꝙ ipsum est quietissimũ et pacatissimum. Unde Ysa. xxxij. dicit᷑ Sedebit populus meus in pulcritudine pa/cis et in tabernaculis fiducie: et in requie opulenta. Naz in illo regno non est labor. non est impugnatio ab extra.

Peccata venialia non permittunt videre faciem dei

2da conditio

non est rancor aut inuidia adinuicē. Primo dico q ib
nō sit labor sed summa reqes post laborem. Apo. xiiii.
Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam
dixit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opa ciñ
illorum sc; que hic operati sunt sequunt illos. s. vt pro
eis mercedem recipiant. Ibi nanq; vnusquisq; recipiet
denarium diurnum p quo in vinea domini laborauit.
Ideo ad Hebre. iiii. dicitur. Qui ingressus est in requiē
eius esset ipse requieuit ab opib⁹ suis sicut et a suis de⁹
Hanc requiem petit ecclesia animab⁹ defunctorū dicēs
Requiem eternam dona eis domine. Item Requiescāt
in pace. Non tamen vt cessent a laboribus operandi. sz
a laboribus sustinandi. i. vt liberentur a penis. Ut autē
ad istam requiem regni puenīamus debemus hic labo
rare bene opando. et sic ad eam ambulando peruenire.
ideo Mat. ii. dicit. Surgite et ite q2 nō hētis hic requiez. — nō dat[ur] req[ui]es in hac vita
ac si dicat Surgite a peccatis et ite per bona opera q2 nō
est in hoc mundo requies sed in regno celoruz. Sic psal.
dicit. Conuertere anima mea in requiē tuā. Festinemus
ergo ingredi in illaz requiē vt dicitur ad Hebre. iiii qua
tinus postq ad illam venerimus quilibet dicere possit
cum psalmista. Hec requies mea in seculuz seculi hic ha
bitabo quoniam elegi eam. Secundo dico q ibi sc; in
regno non est impugnatio ab extra quia nullus potest
beatos molestare aut vexare aut impugnare. Cuilibet
enim eorum dici potest illud psalmiste. Flagellum non
appropinquabit tabernaculo tuo. Ideo quilibet beat⁹
in regno potest dicere cum Salomone. Nunc requiem
dedit deus meus mihi per circuitum. et non est sathā id
est aduersarius neq; occursus malus vt dicit. iij. Reguz
quinto. Sunt igitur beati in summa pace quia sunt cuz
deo de quo dicit psalmista In pace factus est locus eius
Ideo psalmista dicit alibi Pax super israel. Item
de celesti hierusalem dicit Qui posuit fines tuos pacem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

hec est pax dei que exuperat omnem sensuz. vt dicitur ad
phili. vltimo. Quam apostolus quibusdam exoptādo
imprecatur dicens Deus autē pacis det vobis pacē sem
piternā. vt dicitur. ij. ad Thess. vltimo. Tertio dico ꝙ
ibi non est rancor discordia vel inuidia. sꝫ omnes beati
sunt ibi in vno vinculo caritatis colligati. et quilibet di-
ligit alterum sicut seipm̄. Caritas enim vt dictuꝫ fuit in
sermone precedenti. est lex in regno celorū quaꝫ nullus
beatorū nec in minimo quidem transgreditur. Unde si
multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna
in primitiua ecclesia. vt dicitur Act. iiij. Quanto magis
in regno celorum est plenissima caritas vnio beatorum
regnātium. De hoc Aug. scribit in epistola ad sanctum
Cyrillum hierosolomitanū episcopum. Exemplum
Ait enim ꝙ quadam nocte in somnis apparuit ei bea-
tus Johannes baptista cum beato Hieronimo. Et ait
sanctus iohannes baptista inter alia sic. Noueris quia
honor et reuerentia que singulis sanctorum exhibetur.
Ne putes ꝙ in celo sit aliqua inuidia sicut in mundo.
Sicut enim in mundo quilibet hominū ceteris preesse
magis vellet ꝙ̄ subesse. ita in celo propter caritateꝫ inef-
fabilem qua se inuicē diligunt beate anime. quilibꝫ sctō-
rum ita alterius gaudet gloria sicut sua. Quinetiam vel
let quisqꝫ maior vt quisqꝫ minor sibi esset equalis et pe-
ne maior. quia eius gloria esset sua ita minor maioris
gloria gaudet sicut si eam haberet. nec vellet eam habe-
re. et ille nō haberet immo potius de sua si fas esset im-
partiret. Unde gloria singulorum est gloria cunctorum
et gloria cunctorū est gloria singulorū. Et subdit Aug.
Expergefactus itaqꝫ a somno. tantos subito sensi ardo
res caritatis quantos in me nunꝙ̄ senseram. Naꝫ dein
ceps nullaten⁹ aliqualis in me inuidie vel superbie siue
arrogantie fuit appetitus vel cogitatio. Testis est enim
deus qui omnia anteꝙ̄ fiant nouit. ꝙ deinde in me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

extitit tantus caritatis fervor quod plus alieno bono gau deo quam meo plus affecto omnibus subesse quam preesse. Hec Augustinus. Si igitur Aug. ex apparitione sanctorum in som nis facta. sic fuit inflammatus ad amorem proximi. quid pu tamus esse de beatis in patria ex presentia dei qui est fons et origo omnis dilectionis et caritatis sancte. Ad istud regnum tam quietum et pacificum ac caritate plenum non poterunt pertingere. invidi iniqui rixosi turbatores ac mo lestatores aliorum. Unde Apoca. ultimo dicitur. foris canes et venefici id est qui latrant mordent et inficiunt. De talibus dicitur prima ad Cor. vi. Iniqui regnum dei non possidebunt Exemplum Sic fuit de quadam puel la de qua narrat Cesarius in dyalogo quod erat divitum na ta sed maledica et clamorosa. suscitans rixas et provocans homines. Que cum defuncta et in atrio sepulta esset. ma ne homines venientes viderunt fumum de tumba eius quasi de fornace egredientem. Qui terram eiicientes in venerunt partem corporis ab umbelico sursum combustam et reliquam illesam ubi medietas corporis in qua cor fel et lingua erant ostendebatur punita. reliqua vero medietas eo quod virgo erat remansit illesa. Sed si sic fuit punita in corpore quantum putamus eam punitam in anima. Exemplum Etiam in libro de apibus scribitur quod in parti bus gallie fuit quidam ita protervus et inquietus. ut il lud quod de Dysmabele scriptum est. manus eius contra omnes et manus omnium contra eum ita in eo videretur impletum ut nec proprios parentes quiescere permitteret sed ad ama rissimum finem vite perduceret. Post quos et ipse infirma tus et in agone positus. subito inter manus assistentium clamans horribiliter exiliuit dicens. Surgite omnes arma arripite contra proprium patrem me munite. quia omnium ini micorum meorum ductor factus est. et me conatur occidere. et hec dicens quasi ad ingredientem multitudinem ad hostium conabatur nec mora cadens eversis terribiliter oculis clamavit expirans

g maledicos & rixosos

Dysmab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Deu me pater meus validissimo lapide frontem meam percutiendo cõtriuit. hi aũt qui astabant neminem quidẽ videbant sed quasi turmam se cõprimentium et ingredientium audiebant. Tales ergo ad regnum celorũ nõ peruenient. sed pacifici et mansueti qui nulli malũ pro malo reddunt. sed in super aliorũ mala patiẽter sustinẽt de quibus psalmista dicit. Mansueti autẽ hereditabũt terram scilicet viuentium et delectabuntur in multitudie pacis scilicet celestis. Quam nobis concedat princeps pacis videlicet dominus noster hiesus christus benedictus in secula. De alijs proprietatibus regni celestis dicetur in sermonibus sequentibus.

Sermo decimusoctauus.

Postq̃ dictum est de duabus proprietatibus seu cõditionibus regni celestis Dicendum est nunc de tertia que est q̃ ipm est copiosissimũ et oĩbus desiderabilibus plenissimũ Unde Ysa. xxxiij. dicit. Uidebunt oculi tui hierusalem habitationẽ opulentã. Nam ibi ẽ plenitudo et habundantia omnis boni. Habetur enim et possidetur ipse deus in quo et a quo est omne bonum cũ sit summũ bonũ et fons ac origo omnis boni creati. sicut eñ a deo habent omnes creature suũ esse. si a bonitate dei habent quicquid in eis bonũ est Bonitatẽ aũt dei copiosissime pcipiunt beati in regno celorum. Ideo Boecius bene diffinit beatitudinẽ. iij. de consolatione philosophie psa. ij. dicens. Beatitudo est status oĩum bonorũ aggregatione pfectus. etc. In hoc igitur regno sunt vere diuitie sine defectu. plena sufficientia sine alterius rei desiderio. omĩa cõmunia sine pprietate. Primo dico q̃ ibi sunt vere diuitie sine defectu. quia gloria et diuitie in domo eius dicit psal. De hmõi diuitijs Grego. dicit. Si diuites esse cupitis veras diuitias amate. Sz.

¶ Tertia cõditio

que sint vere diuitie ostendit Augustinus dicens. Vere diuitie sunt ille quas cum habuerimus ꝑdere nō possumus.. De habundantia harū diuitiarum potest non incongrue dici et exponi illud Deutro. viij. Dominus deꝰ tuus introducet te in terram vbi omniū rerū habundātia ꝑfrueris. Et lꝫ hoc Moyses ad litterā dixerit de terra ꝓmissionis. tamē quia introductio in illam terram. figura fuit introductionis in regnum celorū. Ideo magis ꝓprie de terra ꝓmissionis celesti debet intelligi ꝙ de terrestri. Ad hunc sensum etiam intelligi et exponi potest illud iudicium. xviij. Tradet dominus nobis locum in quo nullus rei est penuria. Secundo dico ꝙ ibi est plena sufficientia sine alterius rei desiderio. Nam ibi omia desiderabilia habentur. Unde Aug. Ego ero q̄cunqꝫ ab hominibus honeste desiderantur et omnia bona. Item idem. Ibi nihil extra quod apetat̃ nihil intra qđ fastidiatur. Idcirco dominus ꝓmittens discipulis suis istā sufficientiā dixit In illo die me nō rogabitis quicq̄ Jo. xvi. Nec mirum cū psalmista loquens ad aiam suā de deo dicat. Qui replet in bonis desiderium tuū Sed hic oritur duplex questio. Prima est de hoc ꝙ dominꝰ dixit. In illo die me nō rogabitis quicq̄. nam beati in patria orant pro nobis. Dicit enim quotidie sancta ecclesia. Sancta maria et omnes sancti intercedāt pro nobis ad dominū deum nostrū etc̃. Et in multis collectis petimus orōnes sanctorū vt pro nobis intercedant. Scđa questio est quomō desideriū beatorum sit plenum cum ipsi desiderent corpoꝝ suorum gloriam sine quibus simplas stolas hn̄t nec adhuc duplices receperunt quas vtiqꝫ desiderant. Item desideraut aduentū nostrū vt eorū numerus cōpleatur et celestis hierusalem ruine restaurētur. Ad primā questonē respondet̃ ꝙ beati in patria nō petunt pro se ſꝫ indubitanter petunt pro alijs videlꝫ pro nobis de gentibus in mundo. et pro animabus existē-

vere diuitie

questio duplex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

tibus in purgatorio. Ad secundam questionē potest breuiter dici q̄ beati in patria sunt ita cōformes diuine voluntati q̄ nihil omnino volunt vel desiderāt nisi qd̄ deus vult. Idcirco q̄tumcūq̄ iocundum et delectabile fiat eis glorificatio corporum. eam tamen non proprie desiderant nisi cum deo placuerit vt fiat. Tertio dico q̄ in regno celesti sunt omnia communia sine ꝓprietate sic q̄ nullus habet gloriam aut gaudium. qnin alij participent vel cōmunicent secum. Unde Greg. dicit q̄ illa gloria est cōmunis omnibus et singulis propria. Item idēō. qd̄ in se quisq̄ inde accepit hoc se accepisse in alio exultat. habet ergo quilibet beatus mercedem scd̄m suū laborem. a qua tamen alij non sunt exclusi Unde si ipsi mitiua ecclesia omnia erant communia. nec quisq̄ eorū que possidebat aliquid suum esse dicebat vt dicit̄ Act. iiij. Quid mirum si in regno celorum oīa sint cōmunia. Ad regnum istud tam copiosum et diuitijs plenum nō peruenient auari et accidiosi. Auari non ꝑueniunt illuc quia bona temporalia preponunt eternis. Et quia suuz affectum ad bona celestia non erigunt sed in terraz ꝑuertunt. Ideo non sunt digni ꝑcipere bona eterna. Nec solum dicit̄ auarus secundū Aug. qui cupit et cupide congregat. sed etiam qui cupide vel tenaciter seruat. Bñ ergo dicit̄ ad Ephes. v. Auarus non habz in regno christi. i. dei hereditatem. sed hereditatem habebit in īferno. Nec mirum quia secunduz Augusti. comparat̄ inferno eo q̄ nunq̄ saciatur. Et quia auaricia familiaris esse solet diuitibus. Ideo dominus dixit. Diues difficile intrabit in regnum celorum Mat. xix. Si enim diues vult intrare in regnum celorum. attendat et sequatur ꝯsilium psalmiste dicentis. Diuitie si affluant nolite cor apponere. Per oppositum vero pauperes perueniunt ad regnum celoruz et merito quia ipsorū est. iuxta illud Mat. quinto Beati pauperes spiritu et cetera. Hinc Jacob. ij. dicitur

Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo. diuites autem in fide et heredes regni. quod repromisit de⁹ dili gentibus se: Et Augu. dicit ꝙ paupertate emitur regnū

Exemplum Istud habuit poculis quidam thelo-nearius imperatoris Petrus nomine. de quo sanctus Johannes elemosinarius narrare ꝯsueuit ꝙ scꝫ erat pre diues. sed auarus et tenax intm̄ ꝙ nulli pauperi elemo-sinam dare voluit sed omnes pauperes ad domuꝫ suaꝫ accedentes cuꝫ omni indignatione repellebat Cum aūt quidam pauper ad ianuā eius veniret et elemosinā pe-teret. dictus Petrus veniens et pauperem videns cum lapidem nō inueniret. accepit vnum panem siligineuꝫ a famulo suo panes portante et cum indignatione ꝓiecit ꝯtra pauperem vt eum sic lederet. Pauper vero panem accepit et recessit et gloriabatᷣ se a Petro elemosinam re-cepisse. Post duos dies idē Petrus infirmatus ad mor tem. vidit se ante iudicium stare et mauros quosdam su per statera eius mala a ppendere. Ex altera autem parte statere quidam de dealbati tristes stabāt eo ꝙ nihil qd̄ ibi apponerent inuenirent Tunc vnus illorum dixit. ve re nihil habemus nisi vnum panem siligineū quem añ duos dies xp̄o inuitus dedit. Quem cum super staterā ponerent equalitas facta est vt sibi videbatur Dixerūt ꝗꝫ ei adauge ad siliginem hanc. alioquin te mauri appre hendent. Euigilans autem dicebat apud se. Si vna si-ligo quam pre furore iactaui ita profuit quanto magis si bona cuncta indigentibus elargitus fuero. Qui statiꝫ largiter dans etiam domum in veste quam cuidaꝫ nau-frago dederat. sicut et de beato Martino legitur vidit si bi gratias referentem. Cepit ergo egenos beatificare di cens. viuit dominus quia non moriar nisi vnus fiam ex illis. Dans igitur omnia que habebat pauperibus. tandem venit de constantinopoli in hierusalem et per notariuꝫ suum fecit se vendi cuidam argētario. pro. xxx.

nūmis quibus scilicet nummis datis in elemosinam. eidem argentario in summa abiectione et humilitate ser uiebat Sed tādem a seruis imperatoris inuētus et agnit⁹ clam aufugit et quomō vitam suā sanctā finiens māsit occultū Dixi etiam superius quod ad regnum celorum nō pertingunt accidiosi Naz ibi est locus recipiēdi mer cedem pro laboribus. Qui ergo hic nō laborant ibi mer cedem nō recipient Dicitur enim prima ad Cor.iij. Unus quisq3 ppriam mercedez accipiet scdm suuz laborē. Uñ accidiosi nō sūt etiā digni cibo corporali iuxta illō apo. Si quis non vult operari nec māducet.ij.ad Thess. vltimo. Exemplum In libro de illustribus viris ordinis cisterciēn dicit q quidam monachus clareuallē sis post mortez apparuit domino pontio abbati dicēs Omīa bene sibi esse nisi q in vno pede adhuc maculaz haberet eo q ad laborem quotidianū segniter ibat Per oppositum vero bene operantes non soluz hic digni sūt cibo suo dignus est enim operarius cibo suo Mate.x. Sed etiam ad regnum celorum vt recipiat ppetuam mercedē peruenict. Et nāq3 per pphetam dicit. Labores manuuz tuarū quia māducabis beatus es scz in pñti et bene tibi erit scz in futuro. Ideo Sapi.x.dicit Iustum.i.bñ ope rantem deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei Et Mat.xix dicitur. Si vis ad vitam ingre di serua mandata. Item Mat.v. Qui fecerit et sic docue rit magnus vocabitur in regno dei. Item Mat.vij. Nō omnis qui dixit mihi domine domie intrabit in regnuz celorum.sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in ce lis est ipse intrabit in regnum celorum. Non ergo accidi osi.sed feruenter operantes peruenient ad regnuz celorū

Exemplum De hoc legitur in libro apum q bea tus Bernardus quadā vice vidēs cōuersuz in messiōe se getum vltra vires laborantem dixit. Eya frater age qō agis.nullū aliud post hanc vitā purgatoriuz habebis.

Accidiosus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Jn signum huius. seruus qui operabat᷑ in talentis sibi
traditis a domino audiuit Euge serue bone et fidelis᷑ etc
Jntra in gaudiū domini tui. vt dicit᷑ Mat. xxv. Quarta
cōditio seu ꝓprietas regni celestis est. ꝙ ipsum ē honora
bilissimū et honore plenissimū. Nam ibi beati honorāt
deum et deus honorat beatos et ipsi seinuicem. Primo
dico ꝙ beati honorant deū ipsi em̄ dicunt illud Apoc.
v. Dignus es domine deus noster accipere gloriā et ho
norem. Jtem ibidem dicit᷑. Omnes audiui dicentes se⸗
dēti in throno et agno bñdictio et honor et gloria et ptās
in secula seculoꝝ. sic prima ad Thimot. i. dicit᷑. Soli deo
honor et gloria. Honorant aūt beati deū per gratiarum
actionem. ipsuz adorando laudando et maiestatem ei⁹
reuerendo. Sunt aūt sex beneficia dei ꝓpter que beati
deum honorant cuz gratiaꝝ actione. dicētes illud Apo
xi. Gratias agimus tibi domine deus omnipotēs qui
es et qui eras et qui venturus es. Primuz est ꝙ de⁹ eos
creauit et pre ceteris creaturis huius inferioris mūdi ad
ymaginam suam fecit. et ꝙ eos etiam in hoc mūdo pfe⸗
cit omnibus creaturis corporalibus. tam celestibus ꝙ
terrestribus. iuxta illud psal. Minuisti eū paulominus
ab angelis gloria et honore coronasti eum et cōstituisti
eum super opa manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pe
dibus eius etc̄. Jdcirco beati secūdū omnes vires suas
et ex omni quod sunt deo gratias agunt. Scōm est ꝙ fi
lius dei ipsoꝝ naturam assumpsit. mundum psonaliter
visitauit homines instruxit et vt eos redimeret animam
et corpus ad passionez et mortem tradidit. Et in hoc ꝙ
naturā humanā non solum in sua psona sꝫ etiam in per
sona beate Marie supra omnes angeloꝝ choros subli⸗
mauit. et quodāmodo humanū genus supra angelos
nobilitauit. Tercium est ꝙ eos misericorditer a pecca
tis liberauit. ea remittendo et penitus delēdo. Cognos
cunt enim ꝙ nullus eorum seipsum potuit a peccatis

Quarta cōditio

Sex sunt ex quibus beati honorant deum

mundare aut mundationem de cōdigno promereri. Id circo deum honorant qui eos misericorditer tollerauit purgauit et in suam gratiam suscepit ac ad gloriam pduxit. Nec solum honorant deum gratias agentes de remissione peccatorum cōmissoꝝ. sed etiam de preseruatiōe peccatorum non commissoꝝ. Nam vt Aug. dt. Oīa peccata sic habenda sunt tanꝙ dimittanť a quibus deus custodit ne cōmittantur· Quartum est ꝙ deus liberauit eos ab hoc mundo deceptorio et malis pleno in quo dyabolus habet laqueos extensos. Mundus enī est quasi mare periculosum. amarū inquietum ventis et temptationibus plenum in quo infiniti submerguntur et de quo pauci ad portum ptingunt salutis Quintū est ꝙ eos pseuerauit vt ad infernum quē meruerant nō descenderunt. Considerant enī ꝙ in inferno multi pro minoribus peccatis sunt sepulti ꝙ sint illa que ipsi commiserunt. Idcirco quilibet coꝝ potest dicere illud psalmiste. Saluasti me a descendentibus in lacū. vel illud. Eruisti animā meam ex inferno inferiori. vel etiā illud Nisi quia domin⁹ adiuuit me. paulominus habitasset in inferno anima mea. Sextum est ꝙ deus eos gratiose ad suū regnū sublimauit secūꝙ regnare facit. Sicut enī rex Assuerus humilem Hester assumpsit in ꝯsortem regni sic et deus beatos facit cōsortes. coheredes suos in suo regno. Dixi etiam ꝙ deus honorat beatos iuxta illud dictū saluatoris. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in celis. Jo. xij. Sic i. Reguꝫ. ij. dř. Quicūꝙ honorificauerit me glorificabo eum. Et ysa. xliij. dicť. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus ego dilexi te Honorat āt deus beatos in regno· quia secreta sua eis reuelat in mēsa sua eos pascit. omnem voluntatem vel desideriū coꝝ pficit et seipm eis tribuit. O qualis et quātus est honor vbi deus honorat hominē. creator creaturaꝫ. dominus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

seruum. pater filium. magister discipulū. superior inferi-
orem. Ut igitur ad illud regnū honorabilissimū perue-
niamus. honoremus hic deum per gratiarum actionez
et laudem de beneficijs acceptis. quia ipē per psalmistā
dicit. Sacrificium laudis honorificabit me. Sic Apo.
dt. iij. ad Cor. ix. Grā s deo super inenarrabili dono ei⁹
Et. i. Thess. vltimo. dt. In oībus gratias agite. Et q̄
vtile sit hoc homini p3 per Crisostomuz dicentem. Opti
ma bñficiorū custos est ꝑpetua cōfessio grāruz. Per op
positum vero qui nō est gratus deo nec ipsum honorat
per gratiarū actionē de beneficijs acceptis nō est dign⁹
habere ea que habet nec recipere que nō habet. Uñ Ber
nardus dixit. Peremptoria res est ingratitudo. hostis
gratie. inimica salutis. qm̄ nihil ita displicet deo ꝑsertiz
in filijs gratie queādmodū ingratitudo. Item idē In-
gratitudo est ventus vrens. siccans fontez pietatis rorez
misericordie et fluenta gratie. Sed heu quidam nō solū
deo non dant honorē per humilem gratiarū actionē de
beneficijs acceptis. Sed quod grauius est honorez deo
debitum ad se trahuut. Et cum dominus dicat per pro-
phatam Ysayam Ego domin⁹. hoc est nomen meū glo
riaz meā alteri nō dabo Ysa. xlij. Ipsi nō verbo s3 vita
dicunt. Et si gloriam tuam nobis non dederis. nos
eam quasi per vim rapiemus et vsurpabimus: Non sic
psalmista qui dt. Non nobis domine non nobis sed
nomini tuo da gloriam. Exemplum Narrat autez
Josephus. xix. libro antiquitatum de Herode agrippa
qui fuit filius Aristoboli. filij Herodis magni prout
succincte tangitur. Act. xij. q̄ cum fuisset coronatus in
regem iudee et venisset cesariam et ad eum totius pro-
uincie viri conuenissent. et specialiter tirij et sidonij qui-
bus iratus fuerat. ille veste fulgenti ex auro. argētoq3 mi-
rabiliter ꝯtexta indutus incipiente die processit ad thea-
trū vbi cū primos solis radios. vestis argētea suscepisseȝ.

repercusso splendore duplicatam spectantibus lucē fulgor metalli vibrantis effudit vt in tuētibus pstringeret terror aciē aspect⁹ Et p hoc aliqd aliud de corp nature humane est artifex arrorogantia mētiretur. Illico adulantis vulgi ꝯcrepant voces dicentis. Nunc vsqȝ vt hominem te timuimus. sed ex hociam supra humanā naturā te esse fatemur Et duȝ adulatoriis demulceretur honoribus. et oblatos sibi diuinos honores nō respueret. respiciēs vidit insistantē super funiculū capiti suo angelū. id est bubonē mortis eius pxime nūciū. Sciebat eīm iuxta pdictionem auguris se infra quinqȝ dies moriturū. Et ꝯtinuo pcussus et per quinqȝ dies vermibus eius viscera corrodētibus expirauit. Hec Josephus. Si quis de hac materia voluerit latius scire. legat. ecclesiasticam et scolasticam historias Exemplum Non sic fecerunt Paulus et Barnabas. quibus cuȝ sacerdos iouis in listris ciuitate aductis tauris et coronis. vellet vna cum populis sacrificare. ipsi ꝯscissis tunicis suis exilierūt in turbas clamātes et dicentes. Viri quid hec facitis: Et nos mortales sumus similes vobis homines annūciātes vobis ab his vanis ꝯuerti ad deuȝ viuum. qui fecit celum et terraȝ. mare et omnia que in eis sunt etc̄. Et hec dicentes vix sedauerūt turbas ne sibi immolarent. vt dr̄ Act⁹ xiiij. Nos igitur demus gloriaȝ et honorem deo in hac vita quatinus postmodū in regnū celoruȝ translati dicamus illud Aposto. ad Col. primo. Gratias agentes deo qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumine. qui eripuit nos de potestate tenebrarū et trāstulit in regnum filij dilectionis sue. i. dilecti filij sui cum quo et spūsancto viuit et regnat in seculoꝝ secula Amen

Sermo decimusnonus.

v Isis quatuor proprietatibus seu conditionibus

regni celorum. Vidende sunt adhuc due. Quarum pri-
ma que est quinta in ordine ꝙ illud regnum est gaudi-
osissimũ in quo oẽs beati dicunt illud Apo. xix. Gaude
amus et exultemus et demus gloriam deo Nã cantus
eorum ꝯtinuus est alleluya. vt ibidem dicit̃ Et Thobie
xiij. Unde in illo regno nullus dolor aut tristicia est.
Sicut Apo. vij. dicit̃ Absterget deus omnẽ lacrimam
ab oculis eorũ. s. beatorũ et mors non erit vltra. neqꝫ
luctus neqꝫ clamor neqꝫ dolor. Beati enim vt dicit̃ ysa.
li. Gaudiũ et leticiam obtinebunt. et fugiet gemitus et
dolor ab eis. Ideo cuilibet eorũ dici potest illud Mat.
xxv. Intra in gaudium domini tui. Ubi denotatur ꝙ
quilibet beatorum habet gaudium omniquaqꝫ et vnde
quaqꝫ In hoc ꝙ dicit̃ intra dicat ergo cum propheta.
Gaudens gaudebo in domino et exultabit anima mea
in deo meo quia induit me vestimento salutis et indu-
mento leticie vel iusticie scd̃m aliam litteram circũdedit
me vt dicit̃ Ysa. lxij. Ut aũt tãto clarius videatur ple-
nitudo gaudij beatorum. Notandũ ast ꝙ tria sunt q̃
plenitudinem gaudij vel omnino tollunt vel saltem mi
nuũt que nõ sunt in regno celorũ. s. pudor, displicentia et
timor. Primũ est pudor et est de peccatis preteritis.
Nam peccata ꝑpetrata ad memoriã reuocata solẽt gene
rare pudorem maxime si sint alijs cognita. Unde ad Ro.
vi. dicit̃ Quem fructũ habuistis tunc in illis in quibus
nunc erubescatis. Et Hie. xxij. dicit̃. Confunderis et eru
besces ab omni malicia tua. Uerum est tñ ꝙ talis eru-
bescentia quãdoqꝫ inducit hominẽ ad penitentiã. iuxta
illud Senece. ꝙdiu pudor in animo durauerit aliquis
erit bone spei locus. De hoc cantatur in quodam ymno
Pudor sit vt diluculum videlꝫ vt sicut diluculũ incipit a
nocte et terminat̃ ad clarã lucem. sic pudor incipiat a pec
catis et terminetur per penitentiam ad lucem grẽ Sed in
regno celorũ nullus est pudor aut erubescentia de pecca-

Quinta gaudio dĩno

Tria gaudiũ tollũt vel minuũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

tis cõmissis. etiam quãtumcunq3 grauibus vel enormibus sed magis est ibi gratiarũ actio de remissione ipoꝝ prout tactum fuit in sermone ꝑcedenti. Scõm quod gaudiũ tollit aut minuit est displicentia et est proprie de malis ꝑsentibus quibus animus ꝓmouetur et gaudiũ minuitur. Obiectũ enim pñs mouet vel ad gaudium si est delectabile vel ad dolorem. si est displicabile. Idcirco anthiochus rex qui illustris dicebatur. audiens ea que sibi displicebant tm̃ doluit ꝙ incidit in langorem mortalem vt dicitur primo Macha. vi. Sed in regno celoruz nihil displicet beatis sc3. nec in deo nec in creaturis nec intus nec foris Ibi nãq3 vis ractionalis plene cognoscit. vis cõcupiscibilis plene possidet. et vis irascibilis plene quiescat Ibi vis rationalis non habet dubiuz vis ꝯcupiscibilis non habet defectum. et vis irascibilis nõ habet motuz. Ibi vis rõnalis nõ decipitur. vis cõcupiscibilis non inficitur et vis irascibilis non frangitur. Tertium ꝙ gaudium tollit aut minuit est timor. et est ꝓprie de malis futuris. Iste est timor seruilis de quo dicitur ad Roma. xiij. Si male feceris time. s. vindictam futuram. Et Ysa. xliij. dicit. Noli timere quia redemi te. Item ibidem. Noli timere quia ego tecũ su3 sic psal. dt. Non timebo mala cũ tu mecum es Sed iste timor nõ est in regno celoꝝ vbi ꝑfecta caritas regnat quia perfecta caritas foris mittit timorem vt dicit prima Io. iiij. Et sopho. vltimo. dicit Non timebis malum vltra Tamẽ ibi est timor filialis qui est reuerentialis de quo psalm. Timor domini sanctus ꝑmanens in seculum seculi Itẽ ibidem. Timete dominũ omnes sancti eius. De hoc timore dt Cassiodorus. Qui deum bene timet et amat. Qui bene amat bene et timet. res iste in celesti deuotione sociate sunt. Ex ꝑdictis pat3 ꝙ in regno celorũ est sũmu3 gaudium. Ideo sancti etiam in hac vita pre oculis habentes magnitudinẽ gaudij celestis. habuerunt mag

nū gaudiū cordis quasi quoddā preludiū celestis gau-
dij. et ob hoc oīa tristia et dolorosa eis occurrētia patiē
ter tollerabant. Sic fuit de psal. qui dt. Letatus suz in
his que dicta sunt mihi in domuz domini ibimus. Un̄
et apostolus hortabat̄ nouiter ꝯuersos ad istud gaudiū
dicens. Gaudete in dn̄o semper Iteruz dico gaudete ad
phil. iiij: De tali gaudio iustoruz in hac vita dicit̄ Eccl.
xxx. Non est delectatio super cordis gaudiū. Sed quidā
non in domino sed in malicia vel vanitate. vel in seipis
gaudent et gaudia querunt. De gaudio in malicia dicit̄
Prouer. ij. Letantur cum male fecerint et exultent in re-
bus pessimis. Et Eccle. xix. dicit̄. Qui gaudet in iniqui
tate denotabitur per. n. i. damnabit̄ secundum Britonē
vel denotabitur per. n. i. maledicet̄ scd̄m eūdez. De gau
dio in vanitate dt Gre. Nemo potest hic gaudere cuz se-
culo et illic regnare cum xp̄o. De gaudio in seipso dicat
idem Greg. Dignum est vt in seipso merores semp inue
niat qui derelicto creatore in se gaudia querebat. Nos
igit̄ contemptis gaudijs malis. gaudeamus in domio
et aspiremus ad gaudia superna vt ad illa tādē perueniа
mus. Q̄ magna vero sint illa gaudia celestia potest ppē
di ex q̄busdā exemplis Exemplū. Legitur nāqꝫ q̄
diabolus interrogat⁹ de minimo gaudio regni celestis
dixit. Si totum celū esset pergamenū· mare incaustum.
stelle scriptores et stramina penne. per hec omnia nō po
test describi minimuz gaudium sanctoꝝ. Cui satis ꝯso-
nat beatus Augusti. in epistola ad Cyrillum dicens q̄
anima sancti Hieronimi⁹ statim post obitum sibi appa-
rens inter alia sibi dixit hec verba. Potius totuz ma
re in artissimo clauderetur vasculo. potius terrarum or-
bem paruulus teneret pugillus potius a motu cōtinuo
celum desisteret q̄ gaudiorum et glorie quibus beatoꝝ
anime sine fine potiunt̄ minorem intelligeres particulā
nisi tu vti ego experientia doceremis. hec ille. Exempluz

de gaudio et gloria beatorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Legitur etiam q in quadã abatia erat quidam mo-nachus deuotus et religiosus qui multũ petijt dominũ vt ostenderet sibi minimũ gaudium regni celestis. Contigit aũt quadam vice vt finitis matutinis exiret foras ad aurem. Ubi stans audiuit auiculam dulcissime cantantem. Et cum ipse ppius accederet. auicula volauit ad aliam arborem et sic sequẽdo auiculam puenit ad siluã vicinam monasterio. et stans sub quadam arbore audi-uit auiculam cãtantem et tm̃ delectabat in cantu eius q fere fuit oblitus suipsius. Tandem auicula auolauit. et ipse putans se vix per vnam horam ibi stetisse. et cum rediret ad monasterium inuenit edificia mutata. Et cũ miraretur et claustrum intraret neminem cognouit et a nemine cognoscebat. Ipse vero dixit se eadem die p⁹ matutinas exiuisse de claustro et mirari valde de muta-tione edificiorũ et psonarum. Tandem monachi auditis sermonibus eius et sub quo abbate exiuisset. inuenerunt in scriptis q quidã monachus deuotus exisset claustrũ sub illo abbate. et q incognitum fuisset quo deuenisset Et omnibus cõsideratis et discussis. inuenerunt ipsum plus q̃ centum annis stetisse sub arbore. Qui sumptis sacramentis ecclesiasticis statim dulciter obdormiuit in domino Exemplum De hmõi gaudio celesti in li. apum pulcrum ponitur exemplum. Uidelicet q quidã canonicus regularis deuotus cum grauiter affligeretur a suis prelatis et tamen in omnibus obsequiosus esset volebat vincere in bonũ malum sed nõ poterat. Uespe igitur quodam pter id quod patiebatur tribulatus la-crimas amarissimas fudit. depcans sanctos martires. scz. Mauricium et socios eius quorum festũ instabat vt corũ precibus ↄsolari mererer et adiuuari. Nec mora cũ cubiculũ intrassz et leuiter obdormisset audiuit choros angelorũ cãtantiũ in sublimi Gaudẽt in celis aie sctõrũ qui christi vestigia sunt secuti et q pro ei⁹ amore sangui

nem suum fuderunt ideo cum xpristo regnant in eter-
num. Dixit autē postea q cant⁹ ille tante dulcedinis ex
titit q nisi deus eum ad vitam aliter ordinasset fere ani
maȝ eius de corpore rapuissȝ Et quoniam illo tempore
grauissima infirmitate detentus erat in sola delectatiōe
illius cantus. tā spū q corpore sic itegre sospitat⁹ est. vt
vix cum postea vlla perturbatō quātumcūq magna le-
dere poterat. Sexta proprietas seu ɔditio regni celorȝ Sexta ɔditio
est q ipsum est securissimum et longissimum duratione
quia perpetuum est et ipsuȝ sancti sine fine possidebunt
Unde Apo. vlti. dicitur. Dominus deus illuminabit
illos. s. sanctos in patria et regnabunt in secula seculorū
Nec mirum quia beati de sua gloria securitatem habent
q eam nullatenus amittere possunt. Ideo ysa. xxxij. dr
Erit securitas vsq in sempiternum. Et Ezechiel. xxviij.
dicitur. Habitabunt in ea securi. Et Eccl. vltimo. dicitur
Ibit homo in domum eternitatis sue Sunt autem tres Tres cause perpetuitatis
cause istius securitatis et perpetue regnationis sanctorū sctorum
Prima est q illud regnum dei in se est perpetuum. Dñs
enī regnabit in eternum et in seculum seculi vt dicit psal.
Item regnum tuuȝ regnuȝ omnium seculorū. Et luce. i
dicitur. Regni eius non erit finis. Et Daniel. vij dicit
Potestas eius potestas eterna et regnū eius q nō corrū
petur Secunda causa est ꝑpetua adhesio beatorum ad
deū quia beati nec volunt nec possunt se auertere a deo:
Non enī volunt quia nihil fastidiunt in deo et nihil ap-
petunt extra deum. Etiam nō possunt quia confirmati
sunt in domino nec solum ad tempus ȝ et in ꝑpetuum
iuxta illud psalmiste. Cōfirmasti me in conspectu tuo in
eternum. Item ɔfirmat autem iustos domin⁹. Ideo de
quolibet beato dicitur Eccl. xxxi. Stabilita sunt bona
eius in domino. Unde et quilibȝ beatorum potest dice-
re cum sponsa illud. Cañ. iij. Tenui illam nec dimittam
Tercia causa est ꝑpetua vnio dei ad beatos. Nō enī vnq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

deseret eos quia deus nunq̄ auertit se a creatura sua nisi prius illa se auertat a deo. Auersio nanq̄ semper incipit a nobis. sed ꝯuersio incipit a deo quia nunq̄ ꝯuertimur ad deū nisi deus prius saltem per gratiam· ꝑuenientem ꝯuertatur ad nos· Unde principium boni nostri est a deo. sed principium mali nostri est a nobis Igitur si deus nō deserit sperantes in se. vt dicitur Judich. xiij. Tunc vtiq̄ nō deseret possidentes se secūq̄ regnantes. Si ergo regnum dei est in se ꝑpetuum quo ad primuꝫ et beati nunq̄ auertentur a deo quo ad scd̄ꝫ. et de⁹ nunq̄ auertetur ab eis quo ad tertium. sequitur quia beati securi sunt de sua reguatione cum deo. Bene ergo psalmista dt. Non cōmouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. Quicunq̄ ad hanc securitatem desiderat ꝑtingere non ꝑmittat sibi securitatem in hac vita in qua nulla est iuxta illud dictū Augustini· Nemo securus debet esse in vita ista. que tota temptatio nominatur. Debet autē hō semper timere et laborare bene agendo et vsq̄ in finem ꝑseuerando. Nam si homo nō posuerit finem operi suo bono deus non ponet finem mercedi sue. Si nos seruierimus domino per totum tempus nostruꝫ. ipse dabit nobis mercedem per totam eternitatem suam. Operemur igitur bonū quādiu fuerimus et domin⁹ retribuet nobis quādiu ipse fuerit. Ad istam securitatem regni celestis non ꝑtingent illi· qui hic securi esse volunt in medio maris. in medio inimicoꝝ suoꝝ et in loco instabili· et ruinoso. Et ideo deficiunt a bono. cadunt in malum et laqueantur ac trahunt̄ ad infernum. Unde in signum huius dicitur Judicū. xviij. Venerunt filij Dan in lachis ad populum quiescentem atq̄ securuꝫ. et ꝑcusserunt eos in ore gladij Ideo Grego. in Moꝝ. dt. Sepe quem temptationis certamē superare non valuit sua deterius securitas strauit. Hinc est q̄ idem Greg. in Moꝝ. dt. Electi q̄diu in hac vita sunt securitatis sibi ꝯfiduciā non ꝑmit-

tūt. Et idcirco scdm verbū Aug. Erunt tūc id est in futu ro securi qui mō id est in p̄senti nō sunt securi. Exēplum. Istud habuit pre oculis filius cuiusdam magni princi pis. qui cū intrasset religionē venit ad eū pater suus vt eū blandis verbis educeret. Cui filius dixit. q̄ si cōsue tudinem quādam que fit in terra sua tolleret procul dubio exiret ordinē. Et cum pater quereret que esset talis ꝯsue tudo tollēda. respōdit fili⁹. Cōsuetudo est in terra vestra q̄ iuuenes tam bene moriunt̄ sicut senes. et q̄ iuuenes non sunt magis securi de vita q̄ senes. Si ergo securita tem mihi nō dederitis de diuturna vita nō exibo. Quod pater audiens et pondus verboꝝ attendens dimisit eū in religione. Exemplū Non sic fuit de quodam duce frisonum. Legitur enim q̄ tempore Leonis imꝑatoris tercij Rachbod⁹ dux frisonum ad p̄dicationē venerabi lis viri domini vulfranni senonēn episcopi. adduct⁹ vt baptizaret̄. cum vnum pedem in lauachrum posuisset. que siuit vbi plures maiorū suorum essent. in inferno an in paradiso Et audiēs q̄ plures essent in inferno intinctum pedem retraxit. Letius est inquiens vt plures sequar q̄ pauciores. Et sic ludificatus a dyabolo tercia die subito moriebat̄. Beatus ē ergo homo qui semper est pauid⁹. id est qui nullā securitatem sibi promittit in hac vita in qua nulla securitas est. Est autem beatus quia per talem pauorē et formidinē a malo se retrahit. et ad bonū ꝓuo cat et ad beatitudinē regni celestis tādē pertinget adiu uāte dño nostro hiesu xp̄o qui est cū patre et sp̄ūsancto bñdictus in secula seculoꝝ.

Sermo vicesimus.

Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. Hec est ter tia petitio principalis sacre dominice orōnis qua petimus volūtatē suę volūtati submitti et ꝯfirmari. et vt quō h̄ fieri debeat exprimam⁹ dicim⁹ sicut in celo et i terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et licet sic petere diuinitus simus edocti nos tamē quā
tum possumus ad id conari debemus. Nam frustra q̇s
peteret voluntatem dei a se fieri. qui sponte et ex ꝓposi-
to voluntati dei conaretur resistere seu rebellare. Ut autē
istud clarius innotescat quatuor puncta sunt de hac ma-
teria tractanda et vidanda Primū est que et qualis sit
voluntas nostra. Secundū est que et qualis sit volun-
tas dei. Tertium est quid deus velit a nobis fieri.
Quartum est quomō voluntatem dei debeamus imple
re et ꝑficere. Quātum ad primū scȝ que et qualis sit vo
luntas nostra: Dico primo ꝙ voluntas nostra prout su
mitur pro quadā vi vel potentia. nō prout sumitur pro
actu volendi est nobis ꝯcreata. per quā etiam deo assi-
milamur et omnes creaturas inferiores mūdi ꝑcellim⁹.
Sed in hoc voluntas nostra differt a volūtate dei. quia
voluntas nostra est mutabilis. vt scilicet nunc velit ali-
quid quod postea non velit sed voluntas dei est immu
tabilis. Et licet voluntas dei sit in se immutabilis
tamen mirabili modo ea que mutabilia sunt aliter et a-
liter disponit. Item voluntas nostra potest se conuertere
ad bonum vel ad malum et auertere a bono vel a malo
prout sibi placet Sed voluntas dei non potest se auerte
re a bono et ꝯuertere ad malum. Et si dicatur. ꝙ ergo vo
luntas hominis sit potētior vel liberior ꝙ volūtas dei
eo ꝙ potest se flectere ad vtrāqȝ partem quod voluntas
dei non potest. Dico ꝙ hoc non arguit potentiam vel li
bertatem maiorem sed magis defectum. Nam melior et
felicior potentior et liberior esset homo si nō posset flecti
ad malum: sicut sunt beati in patria. Et si queraẗ quare
deus sic fecit voluntatem nostram vt flecti possit ad vtrā
qȝ partem. Dico ꝙ ideo. scilicet. vt homo mereatur con-
uertens se ad bonum quod posset fugere et auertens se
a malo quod posset eligere et acceptare. Sic beatus vir
commendatur Eccle. xxxi. vbi dicitur. Qui potuit trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

gredi et non est transgressus et facere mala et non fecit. Secundo dico q̄ voluntas est in homine tanq̄ rex aut dominus auctoritate quadam dominans et precipiens sensibus et menbris exterioribus. tanq̄ sibi subditis. Idcirco voluntati obediunt. Voluntas eñ mouet oculos ad videndum. os ad loquendum. pedes ad ambulandum. et sic de alijs Hanc potestatiuam auctoritatem voluntatis insinuat Seneca in quadam epistola dicens Valentior omni fortuna est voluntas. Feruntur igitur hō suis motibus bonis vel malis secundum imperiū sue voluntatis Tertio dico q̄ voluntas est causa propinqua bonorum et malorum in homine. i. virtutum et viciorum De virtutibus dicit Arist. ij. Ethicoꝝ. q̄ virtus est habitus electiuus. i. ex electione voluntaria ꝓcedēs. De vicijs dī Seneca Omne peccatum est actio voluntaria id est ex voluntate procedens. Idcirco voluntas licȝ ex sui origine sit bona quia a deo facta et anime concreata. tamen ab effectu appellatur bona vel mala. Et sic cōsequenter ipsa sibi est causa salutis vel damnationis. Veruȝ est tamen q̄ in bonis que agimus deus est principalis causa. Ipse est eñ qui operatur in nobis. et velle et perficere pro bona voluntate secundum Apost. ad Phili. ij. Sed tamen voluntas nostra est causa secundaria in bonis nostris. sine qua homo nihil boni potest. et sine qua de⁹ nec iustificat hominē in via nec beatificat in patria. In malis vero que agimus deus nec est causa nec ꝑcausa et nec principalis nec secundaria. Nisi forte improprie dicatur causa secundaria malorum quia permittit ea fieri. De hoc autem q̄ voluntas nostra sit causa bonorum vel malorum nostrorum dicit Augustinus in libro de libero arbitrio. Hoc eterna incōmutabilis stabilitate firmauit vt in voluntate meritum sit In bonitate aut malicia premium atq̄ supplicium Et Seneca in quadam epistola dicit. Voluntas in vtrāq̄ partem res

deus an sit causa secundaria malorum

suas ducit. beateq3 ac misere vite sibi causa est. Quarto dico q voluntas nostra mediat inter deum et dyabolū. Deus enim trahit monet et mouet voluntatē ex vna parte vt sibi ɔsentiat. Dyabolus vero ex altera pte vt sibi ɔsentiat. Voluntas aūt nostra libere stat in medio habens merā libertatē ad hūc vl ad illū se ɔuertere hunc vel illū sequi. huic vel illi obedire. Deus ex vna pte ꝓmittit gratiam et gloriam. Dyabolus ꝓponit carnalia et temporalia. Deus vtitur veritate vt saluet. Dyabolus mendacio vt decipiat Deus dt pbe fili mi cor tuū mihi. vt dicit Prouer. xxiij. Dyabolus vero singulariter in hoīe querit cor. Exemplū Unde quidam querenti a dyabolo quid magis amaret in homine. Respōdit hūc versuȝ Solis amo rotam mediaȝ lunā canis irā. Ubi per mediam lunā designauit litteram. c. Per rotam solis. o. et per iram canis. r. quia lra. r. quodāmō sic exprimit sicut canes sonant quādo irascunt et tamē non latrant. Igit dyabolus per mediā lunā rotam solis et canis irā designauit hanc dictionē cor cuius rem significatā amabat. Igitur vterq3. i. tam deus q̄ dyabolus trahit voluntatē Sed deus ad virtutes et per eas ad gloriaȝ. Dyabolus aūt ad peccata et per ea ad gehennam. Nullus tn̄ coruȝ voluntatem cogit. Deus eniȝ non cogit ad bonuȝ quia non vult coacta seruitia nec per ea potest homo mereri. Et licet quidam dicant compelli vt intreut. vt dicit Lu. xiiij. Hoc sic intelligenduȝ est q quidā per aduersitates quas inuite patiuntur ad deum se conuertunt. Et lȝ illa passio aduersitatum non fuerit eis voluntaria tamē cōuersio ad deum procedit ex voluntate. Item dyabolus nō cogit ad malū qr hoc deus non ꝑmitteret nec homo sic peccaret. Uideat igitur homo cui per suam liberam voluntatem obtemperet aut obediat. s. vtrum deo a salutem aut dyabolo ad dānationē. Quinto dico q voluntas nostra quādo deo subijcitur. voluntas dei dici

versus diaboli

nō cogimur ad bonū nec ad malum.

potest. non ꝙ sit in deo sed quia a deo regitur ei conformatur et ad eum ꝑducit. Sed quando deo nō subijcitur tunc potest dici voluntas dyaboli. Sed cōmuniter tunc vocatur voluntas propria. quia homo ꝯtra voluntatem dei vtitur sua voluntate quā statim dyabolus alienatā videns a deo ad se trahit et illaqueat ac induat. De hoc dicit Aug. in libro de ꝯfess. Suspirabam ligatus nō ferro alieno. sed mea ferrea voluntate. Velle meū tenebat inimicus et inde funes mihi fecerat. Istos laqueos apostolus pre oculis habebat quādo dicebat. ij. ad Thimo. ii. Resipiscant a laqueis dyaboli a quo captiui tenētur ad ipsius voluntatem. De hac voluntate propria dicit Bernar. sic. Voluntatem dico ꝓpriam que non est cōmunis cum deo et hominibus sed nostra tantū quando quod volumus. non ad honorem dei nō ad vtilitatem fratrum sed ꝓpter nos facimus. non intendentes placere deo et prodesse fratribus et satisfacere ꝓprijs motibus. Huic ꝯtraria est recta fronte caritas que xp̄s est. Hec enī aduersus eum inimicicias exercens est et guerram crudelissimam. Quid enim odit deus aut quid punit nisi propriam voluntatem. ꝙ si voluntarie cesset ꝓpria voluntas infernus non erit. In quem enim ignis ille deseuiet nisi in ꝓpriam voluntatem. Hec Bernar. Item idem. Propria voluntas quātum in ipsa est deum perimit. Omnia enī vellet deum aut peccata sua vindicare non posse aut nolle aut ea nescire. Vult ergo eum nō esse deum que quantum in ipsa est. vult eum aut impotentem aut iniustum esse aut insipientem. Crudelis plane et omnino execrāda malicia que dei potentiam sapientiam et iusticiam perire desiderat. Item idem. Grande malum propria voluntas qua fit vt bona tua bona non sint. Item idē Propria voluntas deū impugnat et aduersus eū extollit. Ipsa est que paradisum spoliat et infernum ditat et dicioni dyaboli subiugat. ꝙ autem per ꝓpriā voluntatem

Prop. volūtas dānat

dyabolus hominē decipiat et ad malum finē deducat
patet per exemplum quod Cesarius narrat. Exēplū
Ait eīn ꝙ in domo campensi cisterciensis ordinis con-
uersus quidā a monachis litteras didicit huiōi autem
occasiōe libellos occulte sibi ꝯscribi fecit cepitqꝫ in vicio
ppꝛietatis delectari. Cumqꝫ huiōi studiū eidem ꝯuer-
so ꝓhiberet. amore discendi apostatauit modicū tamē
ppter etatem profecit. Deinde ad monasterium penitē
tia ductus rediens et hoc vsqꝫ. iij. actitans nūc ad scolas
seculares exeundo nunc redeūdo. dyabolo in se copiosā
ꝓbuit materiam decipiendi visibiliter enī ei apparēs in
spē angeli ait: Disce fortiter quia futurū est et a deo diffi
nitū vt alberstadeñ. fias epūs Stult⁹ ille dolos diaboli
nō obseruās sperabat in se aliqua fore renouanda mira
cula: Quid plura. Die quadam seductor ille ꝯuerso se in
gemens clara voce et hilari vultu dicebat. Hodie epūs al
berstadeñ mortuus est festina venire ad ciuitatem cui a
deo destinatus es fieri episcopus Ipsius enī ꝯsilio mu-
tari nō potest. Statim miser de monasterio exiens no
cte eadem iuxta oppidū xanctense in domo cuiusdam
sacerdotis honesti hospitatus est Ut autem gloriose ad
sedem suam veniret. ante lucem surgens equū hospitis
valde bonum strauit cappam eiusdem induit et abijt
Mane familia domus damno cognito apostatam inse
quens apprehendit. a qua ad iudiciū seculare tractus et
per sententiam damnatus nō cathedram vt epūs ꝫ sicut
fur patibulū ascendit Sexto principaliter dico ꝙ volū
tas nostra siue bona siue mala sit. ꝓ opere reputat̄ si fa-
cultas desit. Et capitur hic voluntas pro volitione que
est actus voluntatis ad intra. Unde Aug. super psalmi
stam dicit. Quicquid vis et non potes factum deus cō-
putat. Et Hiero. ad demedriadem dīt. Apud deum cui
nota sunt omīa anteꝙ̄ fiant. Voluntas perfecta facien-
di pro opere reputatur. De bona volūtate dīt Bernard⁹.

Ut sola voluntas sine opere

Sola voluntas bona interdu3 sufficit cetera non ꝑsunt si sola defuerit. Et Grego. dixit. Ante dei oculos nunq̄ est man⁹ vacua a munere si archa corde plena est bona voluntate. Nihil enim deo ditius offertur bona volun- tate. De mala voluntate dicit Aug. Sola voluntate mi- ser quādoq3 efficitur. s3 miserior cum desideriū male vo luntatis impletur. Qui ergo potest bene velit. ne postea velit et non possit. Unde Aug. Cum vult non potest q̄ quando potuit noluit. Ideo per malum velle perdidit bonu3 posse Exemplum De bona voluntate q̄ sa- lubris sit vbi facultas nō adest p3 per hoc exemplum. Monachus quidam cisterciē. ordinis apostatauit et ec- clesiam parrochiale3 regendā suscepit et ex ꝯcubina secū manente genuit filios et filias. Post longum tempus accidit vt beatus Bernar. hospitandi grā ad domū eius diuerteretur. Quem ille cognoscens reuerenter suscepit. nec tamen fuit agnitus a viro sancto. Mane aute3 facto cum idem sacerdos isset ad ecclesiam et sanctus vir rece dere vellet dixit filio ipsius sacerdotis vade et dic do- mino tuo hec verba. ignorans q̄ puer mutus esset a na tiuitate. Qui ad patre3 currens dixit clare et expresse qḋ sibi cōmissum erat. Pater prima3 voce3 filij audiens et pre gaudio lacrimans et compunctus festinenter venit ad virum dei. et pedibus eius ꝓstratus retulit totam se riem vite sue. dicens se fuisse monachum et petens vt e- um secum ad monasterium duceret. Cui vir sanct⁹ dixit Expecta me donec pacto negocio reuersus fuero. Et il- le dixit Domine timeo interim mori. Respondit vir dei Pro certo scias q̄ si in cōtritione et tali ꝓposito mortu⁹ fueris. coram deo monachus inueniēris. Recessit vir dei et rediit et mortuū et sepultu3 inuenit. Qui sepulcrum a periri fecit et quem in habitu clericali sepelirant in ton- sura et habitu monachali cunctis qui aderāt admirāti- bus repperit. Magnificatus fuit igitur deus ab omni q̄

Exemplū not.

voluntatem pro facto suscepat Exemplum de volū tate mala ꝙ sit periculosa patꝫ ex hoc exemplo. Legitur enim ꝙ in quodaꝫ monasterio monialiuꝫ abbatissa habuit et nutriuit neptem suam que in amore cuiusdam iuuenis exarsit et cōsensit in actum carnalem Sed quia cōgruitatem temporis et loci nō habuit ipsum pctm̄ opere non ꝑpetrauit. Ipsa vero postmodū infirmata. cum ab omnibus casta et sancta reputaret̃ hoc peccatum male voluntatis non ꝯfitens obijt. Et cum abbatissa. credēs eam fore sanctam corā deo. post matutinas eam peteret vt pro ipsa intercederet per duos teterrimos dyabolos adducta. dixit se ꝑpetuo damnatam ꝓpter malam volū tatem quā confessa nō fuerat. Nos igitur malam volū tateꝫ abijcientes et fugientes. bonum opus saltē in vo luntate et proposito habeamus. quatinus per ipsum in p̄senti mereri et in futuro p̄miari possimus. Per hiesum xp̄m dominum et saluatorem nostrum viuentē et regnā tem in secula seculorum Amen.

Sermo vicesimusprimus.

Ostq̄ꝫ dictū ē de primo pūcto principali. vꝫ que et q̄lis sit voluntas nostra. Dicendū est nūc de secundo puncto principali. videlꝫ que et qualis sit voluntas dei. Pro quo notandum est ꝙ quatuor possunt cōsiderari de voluntate dei. Primuꝫ est ꝙ voluntas dei est rectissima Non em̄ habet aliquid obliquitatis vel circuitatis in se. Idcirco voluntas dei dicit̃ bona bn̄placens et ꝑfecta Iuxta illud Aposto. ad Ro xij. Probetis que sit voluntas dei bona bn̄placens et ꝑfecta. Primo igitur dicitur b ona quia non continet in se quicquam malicie vel iniquitatis Unde voluntas dei nō est aliud in deo q̄ de⁹ ipse qui summe bon⁹ est. et summū bonuꝫ dicit̃ intm̄ ꝙ in cōparatiōe ipius null⁹ dicit̃ bon⁹ Ideo

Mat. x. dicit. Nemo bonus nisi sol9 de9. i. nemo est sum me bon9 nisi solus deus Ipse nãq3 solus tenet summũ gradũ bonitatis. Vel nemo bonus est nisi deus sc3 per se et essentialiter. Vel sic nemo dicit bonus nisi de9. qr nemo nisi deus suam bonitate3 omnibus creaturis cõmunicat. Nulla eni3 creatura est que nõ habeat aliquid bonitatis a deo. Item voluntas dei est bñplacens saltẽ bonis. qui se cõformant ei cognoscentes q3 vtile delectabile et bonestum sit ei cõformari et subijci. Et si nõ placz malis hoc ex vicio ipsoȝ contingit. ppter quod despiciunt bona et eligũt mala idcirco ex hoc apparet bonitas volũtatis diuine sc3 q3 malis displicet Dicit em̃ Seneca: Malis displicere laudari est: Verũtamẽ l3 volũtas dei displiceat malis. quãtum ad eorum malam voluntate3 et corruptam affectionẽ. nõ tamen displicet eis quãtum ad eoȝ cõscientiam et dictamen recte ratiõis. Item voluntas dei est pfecta quia nibil ei deest. Nec ipsa põt augeri vel minui. nec potest melior aut pfectior esse vl' fieri sicut em̃ dei perfecta sunt opa, vt dicit Deu. xxxij. Sic eius voluntas que opera pfecta facit et operat9 perfecta dicenda est. Cum igit voluntas dei sit rectissima. Eligamus eam pro regula vite nostre. vt scd̃z eam totam voluntatẽ nostrã. ymmo totam vitam nostram regulemus. Sicut mecbanici et operarij babent regulam rectam sine curuitate obliquitate tortuositate aut inequalitate. qua3 alijs rebus applicant. et quicquid obliquitatis vel deformitatis in eis depbendunt secundũ illam regulam rectificant. Vnde Seneca in quadem epistola dicit. Vna3 semel ad quã viuas regulã pretende. et ad bãc omnẽ vitã tuã exequare. Scd̃m banc regulã voluntatis dei põt oẽs status bominu3 emendari et bene disponi et regi. siue tales boĩes sint boni siue mali. viri vel mulieres religiosi vl' seculares. diuites vel paupes. sani vl' infirmi. senes vl' iuuenes. sapiẽtes vl' simplices. supiores vel iferiores

nemo bonus nisi solus deus

Seneca

no. d. potentia dei

Vos semper spiritui s. restitistis

Secundum principale quod ꝯsiderari pōt in volun-tate dei est ꝙ ipsa est potentissima. quia deus sua volun tate cuncta fecit et creauit. De hoc psalmista dicit Deus aūt noster in celo omnia quecūꝫ voluit fecit. Item Omnia quecunqꝫ voluit dominus fecit in celo et in terra. Et ea-dem voluntate deus creaturas ordinauit. et in quascūꝫ voluit formas ꝓduxit et ꝯstituit. Ut si querat̄ ab eo q̄re hanc creaturam fecisti hominē. et illam bestiam talem aut talem. Ipse potest respondere. Sic volo sic iubeo sit pro ratiōe voluntas. Similiter potest respondere si que ratur. quare nō prius creauit mūdum et alia que fecit. Item eadem voluntate omnia ꝯseruat in esse. Nam nisi creaturas in esse ꝯseruaret in ictu oculi omnia in nihilū redigerentur. Ideo bene dicitur Sapien. xi. Quomodo aūt posset aliquid ꝑmanere nisi tu voluisses aut quod a te vocatum non esset conseruaretur. Hec voluntas dei est tam potens ꝙ nullus potest eaꝫ frangere. vincere aut immutare. immo nec potest ei quisꝙ resistere. iuxta illō Hester. xiij. Domine in ditione tua cuncta sunt posita. nec est qui possit tue resistere voluntati. Et si dicatur ꝙ beatus Stephanus dixerit iudeis Uos semper spiritui sancto restitistis. Actuum vij. Potest dici ꝙ hoc non in telligatur de his que deus efficaciter vult. sꝫ refertur ad ea q̄ deo placent. et tamen in nostro arbitrio sunt posita. Aliter potest dici et magis ad ꝓpositum ꝙ dictuꝫ beati Stephani non intelligitur de volūtate dei qua vult nos bene operari et saluos fieri. Cum igitur voluntas dei sit potentissima humiliemur sub ea cum timore et reuerē tia nec repugnemus ei ne indignationē eius incurram⁹: et sic damnari mereamur. quia qui resistunt ipsi sibi dā nationem acquirunt. vt dicitur ad Romanos. xiij. Tertiuꝫ principale quod considerari potest in volūtate dei est ꝙ ipsa est clementissima vel misericordissima salꝫ in remittendo malum. naꝫ patienter sustinet peccatores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

nec statim vlciscitur. ymmo multis et diuersis modis eos trahit ad penitentiã. Et quacunqꝫ hora se perfecte conuerterunt: et penitentiã egerint ipsos recipit. Est ergo voluntas dei semper parata recipere et remittere si voluntas nostra sit parata penitere. De hoc dicit Augustinus in libro de cõflictu viciorum et virtutũ. Quecunqꝫ necessitas cogat peccatorem ad penitentiam nec criminis ꝙtitas nec vite enormitas nec tẽporis breuitas nec hore extremitas excludit peccatorem a venia si plena fuerit voluntatis mutatio. Hec est voluntas dei de qua dicitur Ezechie. xviij. Nunquid volũtatis mee est mors impij dicit dominus et non vt conuertatur a vijs suis et viuat. Sequitur q2 nolo mortẽ peccatoris vel morientis sed vt conuertatur et viuat. Simile fere dicitur Ezechielis: xxxiij. Cum igitur voluntas dei sit misericordissima. et nos miseri peccatores subijciamur ei vt nunc peccata nostra nobis remittantur. ne si forte ipsam contempserimus. iram dei tanto grauius sentiamus postea punientẽ ꝙto benignam voluntatẽ eius in presenti sentimus patientem et nobis parcentem. Ideo ad Romanos. ij. dicitur. Ignoras qm̃ benignitas dei ad penitentiã te adducat. id est trahit vel vocat. Sequitur Secundũ duritiã aũt tuam et cor impenitens. thesaurisas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: Quartũ principale quod cõsiderari potest in voluntate dei. est ꝙ ipsa est largissima seu liberalissima in dando. Dat enim vt vulgariter loquar vtraqꝫ manu habens plenas manus ad nos extensas et porrectas. Dat etiã gratis et non improperat. Sed quid dat vtiqꝫ gratiã in presenti et gloriam in futuro. De gratia dicit psalmista. Domine in volũtate tua prestitisti decori meo virtutem. Decor iste cõsistit in gratia dei. per quã homo bene operatur et intus ornatur. De gloria dicit psalmista in persona beatorum. Domine vt scuto bone volũ

aug.

Paul.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

tatis tue coronasti nos. ad si dicant beati. Domine tu coronasti nos ex bonitate tua eterna gloria' que est nobis tanq̄ scutum rotundum et sine termino. De huius modi voluntate dei quo ad gloriam beatorū dixit salvator noster post vltimaꝫ cenam. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum et illi sint mecum vt videant claritatem meam Johannis. xvij. Quod vtiqꝫ non solum dixit de illis qui tunc presentialiter aderāt: sed etiā de omnibus futuris sibi per electionem predestinationis datis. Cum igitur voluntas dei largissima nūc habeat manum porrectam ad danduꝫ. accedamus ad eā fiducialiter petētes quatinus ab ipsa recipe mereamur larga dona. nobis exhibita in pn̄ti quo ad dona gr̄e et quo ad dona glorie in futuro. Nihil ei habem⁹ de gr̄a dei vt habebimus de gloria nisi ꝑ volūtatē eius largifluam. Ideo metrista dicit Quicq̄d habes meriti preuentrix gratia donat. Nil deus in nobis preter sua dona coronat. Petamus igit̄ nunc quādo recipere poterimus ne forte postea necessitate compulsi petamus. et recipere non mereamur. Sicut contigit quinqꝫ virginibus que tarde venientes et dicentes. Domine dn̄e aperi nobis. audierūt a dn̄o. Amen dico vobis nescio vos. Mat. xxv. vel sicut contigit diuiti: qui positus in tormentis guttam aque petijt et non accepit Luce. xvi.

Ergo concludendo dico q̄ quia voluntas dei est rectissima debemus ei diligenter confirmari. Et quia est potentissima debemus ei reuerenter subijci. Et quia ē clementissima debemus in eam cōfidenter sperare. Et quia est largissima debemus ei humiliter supplicare. vt igitur voluntatem nostram deus faciat in omnibus que saltem nostram concernunt. submittamus eam diuine voluntati. quotidie corde et opere plus q̄ ore petentes et dicentes. Fiat voluntas tua. q̄ salubre vero

versus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et vtile sit homini voluntati diuine acquiescere et ei per veram obedientiam se submittere. et ꝙ perniciosum sit ei repugnare. posset per multa exempla. tam veteris ꝙ noui testamenti probari. Et quibus pauca sunt tangenda. Exemplum Primo ꝙ in tota serie veteris testamenti dignū est singulariter pre oculis habere obedientiam Abrahe qui domino precipienti statim obediuit. Nam quando dominus dixit ei. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veni in terrā quā monstrauero tibi. egressus fuit sicut preceperat ei dominus vt dicitur. Gen̄. xij. Item quando dominus precepit ei ꝙ carnem preputij sui et suorum vernaculorum ac empticiorum circuncideret. statim in ipso die fecit quod preceperat dominus vt dicitur Gn̄. xvij. Item quando dominus precepit ei vt filium suū dilectum Ysaac offerret in holocaustuꝫ statim de nocte consurgens perrexit ad locum quem dominus sibi mōstrauerat vt iussionem domini perficeret vt dicitur Gn̄. xxij. Id circo benedictionem omnium gentium in suo semine promeruit. Exemplum. Quo cōtra Saul rex israhel cum accepisset preceptum a domino vt percuteret Amalech et omnia que ipsius erant demoliretur et ipse hoc preceptum transgrediretur reprobatus fuit a domino et cum increparetur a Samuele ꝓpheta dixit se melioribus gregibus ouium et armentoruꝫ pepercisse vt immolarentur deo. Respondit ei Samuel Nunqd vult dominus victimas et holocausta. et non potius vt obediatur voci domini. Melior est enim obedientia ꝙ victime et ascultare magis: ꝙ offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Et subditur. Pro eo ꝙ abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne sis rex. primo Regum decimoquinto.

obedientia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et licet Saul rex multa mala cõmiserit propter que abiectus a domino perdidit regnũ israbel. et vitam corporis ꝙ anime predicta tamen inobedientia et transgressio voluntatis diuine fuit ei causa omniũ malorũ suorum. Exemplũ. Nec mirũ ꝙ Saul inobediens voci domini sic punitus fuerit. cum de dathan et abyron scriptum sit ꝙ vocati a Moyse famulo dei. et venire nolentes. rupta terra sub pedibus eoꝝ descenderint viuentes in infernũ. deuorati a terra cum tabernaculis et omni substantia eorũ/ vt dicitur. Numerorũ. xvi. Ceterũ sub tempore gratie ꝙ multi obedientes saluati. ꝙ multi rebelles damnati legantur non esset facile queꝙ edicere. Unde hoc sufficiat pro presenti dicere ꝙ vocati ad perfectionem vitam et obedientes mirabiliter profecerunt et inobedientes horribiliter perierũt. Exẽplũ

Legitur enĩ in libello de ortu et de cursu carthusiensis ordinis ꝙ quidã presbiter celebrans maguncie in ecclesia maiore. audiuit tempore communionis scilicet post agnus dei vocem sibi dicentẽ. Intra ad carthusienses quia ab hodie duobus annis transactis morieris. Obediuit autẽ ille citius. et qđ predictũ fuit euenit certius. Vixit autẽ tam sancte in ordine ꝙ ex hoc dicebatur bonus Ludouicus et sanitatem obtinuit cruris quod prius debile habuerat. Exemplũ Insuper in legenda sacre virginis katherine de senis. Legitur ꝙ ipsa morti appropinquans et videns iuxta se Stephanum de senis qui fuit discipulus eius. dixit ei. Fili voluntas dei est et ex parte eius tibi precipio vt intres ordinem carthusiensem. Qui licet nunꝙ proposuerat dictum ordinem aut alium queꝯcunꝙ intrare. tamen obedire volens predicte virginis precepto. ymmo veracius diuine voluntati. statim post mortem eius dictuꝫ ordinem intrauit. Qui sic in eodem ordine profecit. vt in breui factus fuerit prior et pluriuꝫ domorũ visitator

Et postea prior carthusie ac totius ordinis rector.
Exemplū. Quo cōtra cesarius in dyalogo scribit ꝙ in quadam villa dyocesis coloniensis fuit quedā puella secularis et luxuriosa. Que quadā nocte in somnis se raptam vidit ante tribunal xpi vbi infinitos sanctos vidit in circuitu. Vidit etiam animas in mediū deductas et quasdā ad gloriā et quasdam ad infernū iudicari. Timens igitur remordente consciencia. suppliciter manus ad iudicē tetendit. Cui ille misertus ait. Quid me oras. Da mihi minimū digitum tuū. et ego dabo tibi manus meas. Sicq3 euigilans ad se rediit. Cumq3 visum retulisset cuidā religiose matrone. Ait illa. Misera emenda vitam tuā. satis cōmonita es. Quod cum illa modico tempore fecisset rediit ad vomitum. Post multas aūt infirmitates cum mortua esset et superposito lintheamine super terram posita. Omnes fere canes ville. seinuicem mordentes ante domū in qua funus iacebat conuenerunt. Deinde domum intrantes linthеamen corpori superpositū. dentibus cōminuerunt. Sed cum a rusticis vix essent expulsi sepulto cadauere itenū conuenerūt. et sup sepulcrū eius interrupta bella renouauerunt. Ex quo poterat coniecturari ꝙ eius aīa fuerit canibus infernalibus ad deuorandū tradita eo ꝙ voluntati dei et eius ammonitionibus non acquieuit. Nos igitur aliorum exēplis edocti: voluntati dei subiecti simus quatinus regnum celorum quod inobedientibus est preclusum. et obedientibus apertum consequi mereamur. Ipso prestante qui est super oīa deus benedictus in secula.

Sermo vicesimus secundus.

v Istis duobus pūctis principalibus pro declaratione istius petitionis. Fiat voluntas tua. et cetera

Uidendum est nunc de tertio. videlicet quid deus velit a nobis fieri. Nam si debemus perfecte voluntatẽ dei facere. necesse est eam agnoscere non solũ qualis sit sed etiam quid precipiat a nobis fieri. ne simus respectu voluntatis diuine sicut equus et mulus quibus nõ est intellectus. Ideo psalmista dicit. Unã petij a dño et hãc requiram etc. Sequitur Ut videam voluntatẽ domini Et Apostolus ad Ephe. v. dicit. Nolite fieri imprudẽtes sed intelligentes que sit voluntas dei. Itẽ ad Ro. xij. dicit. Reformamini in nouitate sensus vestri vt probetis que sit voluntas dei. Item Ad Colo c. primo dicit. Non cessamus pro vobis orantes et postulãtes vt adimpleamini agnitione voluntatis dei. Si igitur volumus clare cognoscere et quasi in quodam speculo videre voluntatẽ dei recurramus ad christum. eius vitã et doctrinam considerando. In qua luce clarius apparebit. quid deus velit a nobis fieri. Unde Ciprianus in quadam epistola dicit. sic. Uoluntas dei est. quam xps et fecit et docuit. Ipse nanq; fecit voluntatem patris sicut ipse dixit. Non quero voluntatem meã sed eius qui misit me Jo. v. Item Descẽdi de celo non vt faciã voluntatem meã. sed voluntatẽ eius qui misit me Jo. vi. Item ante passionem suam orando patrẽ suũ dixit Non mea voluntas sed tua fiat. Luce. xxij. Simile habetur Mat. xxvi. Et Marci. xiiij. Etiam verbo docuit voluntatem dei quando docuit discipulos vt orando dicerent. Fiat voluntas tua. Mathei sexto. Sunt igitur septem consideranda que christus vita et verbo do-

Septem ex quibus voluntas dei fit a nobis et in nobis et nobis sunt consideranda

cuit. per quevoluntas dei a nobis et in nobis fit. Et p
q voluntas nostra diuine volũtati cõformat et subijcia
1 tur. Primuz est q deus vult vt peniteamus et a pec
catis emundemur. Peccatores enim sumus et in. mul
tis offendimus omnes. et sic voluntatem eius peccã-
do transgressi sumus. Nam ipse odit peccata intantum
vt hominem quem ad ymaginem suam nobilissime
fecit propter peccata dãnet. et hereditati celesti ad quaz
possidendam conditus fuit perpetuo priuet. Quod ta-
men deus inuite quodammodo facere videtur. Ipse
namq per Ezechielem dicit. Nolo mortem morientis
Ezechielis. decimo octauo. Unde deus saluat homi-
nes penitentes propter bonitatem suam et damnat pec
catores propter maliciam ipsorum. Igitur causa salu-
tis bonorum est in deo et ex deo. Sed causa damnatio
nis malorum est in ipsis et ex ipsis. Huiusmodi volũ-
tatem penitendi christi verbo et vita docuit. Uerbo do
cuit quando exhortando dixit. Penitentiam agite ap-
propinquabit enim regnum celorum. Mathei quarto.
Ecce q christus non solum penitentiam docuit. sed
etiam penitentibus regnum celorum promisit Item
comminando et terrendo dixit. Si penitentiam non e-
geritis omnes peribitis. Luce. decimo tertio. Promi-
sit igitur regnum penitentibus. quatinus vis concupi
scibilis alliceretur amplecti penitentiam. Commina
batur perditionem non penitẽtibus quatinus vis ira-
scibilis non penitentiam sed peccata abhorreret.

Item docuit hanc voluntatem vita et conuersatione: Nam ipse qui nullum peccatū commiserat nec ad aliquam penitentiam fuit astrictus. agere penitentiā pro peccatis nostris voluit. Et qui pro se non indiguit pro nobis satisfecit exsoluens que non rapuerat. Et in hoc fecit sicut prudens et fidelis medicus qui medicinam quam infirmus abhorret accipere vidente infirmo pregustat et postea dat eam infirmo. Quod vtiqꝫ medicꝰ non propter se facit cum sit sanus et ea nō indigeat sed propter infirmum vt eam sumere non timeat. Satisfecit igitur xp̄s pro nobis duplici de causa. Primo scilꝫ quia nos digne satisfacere non poteramus. Secundo vt nos ad aliqualē satisfactionē prouocaret et animaret. De hac prima voluntate dei dicitur. prima ad Thesolñ. iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. id est mūdatio vt abstineatis vos a fornicatiōe vt sciat vnusquisqꝫ vestrum vas suū possidere in sanctificatione et honore non in passione desiderij vbi per fornicationeꝫ non solum peccatū carnale debet intelligi: sed generaliter omne peccatū saltem mortale. quia in quolibet tali anima spiritalem cōmittit fornicationem. suum sponsum deserendo. et dyabolo per consensum adherendo Et cum dicitur vas suū possidere etc̄. Hoc potest intelligi de vase extrinseco. quod est corpus. Sicut primo Regum. xxi. dicitur fuerunt vasa puerorū sancta. Vel de vase intrinseco quod magis congruit quod est cor. Iuxta illud Gregorij in omelia. Vasa autem nostra sunt corda in quibus ferimus omnia que cogitamus.

Item de hac voluntate dei dicitur. ij. Petri vltimo. Dominus patienter agit propter vos: nolens aliquos perire sed omnes ad penitentiam redire supple volens Cui consonat illud Ezechi. xviij. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dominus deus. et non vt conuertatur a vijs suis et viuat. In signū huius lepro

so dicenti. Domine si vis potes me mundare. Domin⁹ respondit volo mundare. Mat. viij. Mar. v. Ac si dñs dixisset. Tu confiteris me posse et desideras me velle. Et ego dico tibi me non solum posse sed etiã velle. Et ideo vt tam velle ꝙ posse ostendam mundare. Sicut igitur penitentes et se vt emendentur preparãtes ac beniuolos exhibentes voluntatẽ dei faciunt. Sic per oppositum illi qui per penitentiam se emendare nolunt voluntati dei repugnant. Sicut dominus de hierusalẽ conqueritur per prophetam dicens. Immundicia tua execrabilis. quia mundare te volui. et non es mũdata a sordibus tuis. Ezechi. xxiiij. Exemplum Quot autẽ huiusmodi penitẽtia et cõuersio de malo ĩ bonuz sit de volũtate dei patet per hoc exemplũ. Cesarius in suo dyalogo scribit ꝙ quidaz canonicus ecclesie sancti Cuniberti colonieñ. Henricus nomine. quadam die solus equitãs vidit ꝙ nubecula lucida viam qua transiuit transuolauit. vocemq; clarissimam de ipsa nube audiuit. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Eratq; vox illa tante dulcedinis vt quotiens eius recordaret̃ fleret. Cumq; hanc vocem non attenderet nec vitaz suã emendaret nocte quadam per visum se stare coraz ymagine beate marie eamq; salutare vidit Et illa dixit ei vt quid me salutas. Homo perditus es et cito perhibis si te non emendaueris. Ego eñi et benedictus intercessimus pro te. Unde apparet ꝙ illa vox fuerit beate marie et beati benedicti petentium deuz vt sicut voluntas ei⁹ fiat in sãcto sic et in illo peccatore. Ipse vero ad corrediens factus fuit monachus ordinis cisterciensis in domo brigensi. Secundũ principale quod deus vult 2 a nobis fieri est vt veritatem agnoscamus. vult enim deus vt de tenebris erroris conuertamus nos ad lumẽ veritatis. Que scz veritas cognita ꝙ vtilis sit. patet per illud Johannis. viij. Cognoscetis veritatẽ et veritas

iberabit id est liberos faciet vos. Hec veritas est in homine tanq̄ lumen anime, creatum procedens a veritate diuina que est lux increata. Nam sicut a luce solis procedit lumen quod aerem illuminans ad nos pertingit sic veritas tanq̄ lumen illuminans animaꝫ. est anime infusa a veritate q̄ in deo est ymmo veracius que deus est. Hec autem cognitio veritatis merito sequitur mundationē anime per penitentiam. quia anima purgata a sordibus peccatoruꝫ potest puro seu claro intuitu videre et cognoscere veritatem. Unde. Gregorius in moralibus dicit. Quo vberius culpa fletur eo altius veritatis. agnitio attingitur quia ad videndum internum lumen. polluta dudum conscientia lacbrimis baptisata renouatur. Ideo Mat. v. bene dicit̄. Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbūt. Certū est autem ꝙ deus nō videtur nisi per cognitionem veritatis. Per oppositum vero sicut homo non potest bene immundis oculis videre. immo iudicat res visas aliter eē colloratas q̄ꝫ sint et sic in iudicio visus decipitur. Sic re vera in iudicio rationis peccator frequenter decipitur. et falce iudicat iudicando scꝫ bonū fore malū aut ecōuerso. Quod contigit ex hoc ꝙ iudicat secundum immundiciam pctōꝝ suoꝝ. Non em̄ amaritudo est in cibo quā infirmus iudicat esse in cibo: sed est in lingua sua sic ē et in ꝓposito Bene ergo dicit Augustin⁹ in libro de agone xp̄iano. Erat quis qui se veritatem agnoscere putat. si adhuc nequiter viuit. Unde Sapien̄. primo dicitur. In animaꝫ maliuolam nō introibit sapientia. nec habitabit in corpore subiecto peccatis. Istud secunduꝫ velle xp̄s docuit verbo et vita. verbo docuit dicens. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundū vt testimoniuꝫ perhibeā veritati. Jo. xviij. Uita docuit quia non fuit inuentus in ore eius dolus. vt dicit̄ prima Petri. ij. Et hoc prophetatum fuit per Ysaiam: vt dicitur Ysa. liij. Idcirco

Aug^s. Sap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

pharisei temptantes ipsum verum dixerunt. licet mala intentione dicentes. Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces. Mat. xxij. Ecce qꝫ saluator noster etiam ab inimicis suis testimonium habuit de doctrina veritatis. Quod scilicet testimonium validissimum est. Est igitur voluntas dei vt cognoscamus veritatem ne a via veritatis erremus. De hac voluntate dei dicitur prima ad Thimotheū. ij. Omnes homies vult saluos fieri et ad agnitionē veritatis venire. In signum huius cū dominus diceret ceco. Quid tibi vis faciam. et ille responderet domine vt videam. Domin⁹ dixit illi. Respice Luce. decimo octauo. Ac si diceret dominus. Tu vis videre et hoc ego volo. Ideo dico tibi respice. Si ergo dominus voluit illum cecum corporaliter videre visibilia exteriora. multomagis vult nos videre spiritualiter intelligibilia lumine veritatis Qui ergo veritatem agnoscere nolunt ipsi voluntati diuine repugnant. refugientes lumen et tenebras eligentes. De quibus dicitur Job. xxiiij. Ipsi fuerūt rebelles lumini. De hoc satis pulchre dicit Jo. iij. Hoc est aūt iudicium quia lux venit in mundum. et dilexerunt homines magis tenebras qꝫ lucem. Erant enim eorum opera mala. Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem vt manifestentur opera eius quia in deo sunt facta. hec ibi. Ex his cōcluditur qꝫ omnes pagani iudei heretici et infideles. quocunqꝫ nomine censeantur repugnent voluntati dei quia voluntarie excecati et erroris tenebris inuoluti a lumine veritatis sunt alieni. Et ideo deo placere nō possunt. Per veritatem enim et cognitionem veritatis homo placet deo. Juxta illud psalmiste. Complacui in veritate tua. Item. Ecce enim veritatem dilexisti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et sic qui veritatem non admittit sed contemnit. aut eam admissam excludit eiq; repugnat deo displicet et execrabilis est quia sequitur principem tenebrarum et magistrũ errorum id est dyabolũ. De quo dicitur Jo. viij ꝙ in veritate non stetit et veritas in eo non est.

Exemplũ Sic fuit de iuliano augusto. de quo legitur ꝙ fuerit nepos Constantini magni ex fratre. Et baptizatus ac postea in quodã monasterio monachus professus. non tamen intuitu salutis vel amore dei sicut metu mortis. Constantinus enĩ predicti Constantini filius. fratrem Juliani occiderat ideo timens et ipse Julianus ab eodem occidi monasteriũ intrauit corpore. non corde: timore. non amore: simulatione: non deuotione. Deinde apostatans. et ad imperium aspirãs quesiuit magos ac demones cõsuluit. quorum fultus auxilio primo consulatũ rome. deinde totum imperiũ obtinuit. Et sic apostata a religione apostatauit a fide et christianos persequebat. et xpm ore blasphemo consueuit appellare galileum. Tandem vero in bello persico diuinitus percussus. cum sentiret se moriturũ manum suam proprio cruore repleuit et in aerem proiecit dicens. Vicisti galilee. vicisti. vt in hystoria tripartita legitur. Et sic miserabiliter expirauit. Et cum a suis insepultus relinqueretur. a persis fuit excoriatus. et de corio eius factum fuit regi persarum substratoriũ pedu; Ecce qualiter a cognitione veritatis cadens excecatus fuit. Exemplum. Sic et de hereticis multa reperiuntur exempla. Fertur enim ꝙ dum quidam heretici ducerentur in curru extra ciuitatem vt comburerentur quidam clerici seqnebantur quorum vnus increpauit hereticum qui in extremitate currus sedebat. cur sic excecatus esset in suo errore ꝙ se cõburi faceret. Cui ille dixit Si tu videres ꝙ ego video tu faceres vt ego. Et clericus quid inquit vides.

Respondit hereticus. Ascende currũ. Quod cum fe cisset statim clamauit. vere isti homĩes sunt iusti: et ego credo quod ipsi cerdunt Socij vero ipsius hoc audiẽtes conturbati traxerunt eum de curru et percutiẽtes cõ culcauerũt eum quousqꝫ alij cum curru transirent. Qui ad se reuersus dixit. vere dyabolus ẽ in curru illo et nisi me inde traxissetis. ego fecissem me comburi cum illis.

Hec de secundo principali quod deus vult a nobis fieri. Et ne prolixitas sermonis fastidium generet: De alijs videndũ est in sermonibus sequentibus. Adiuuante illo de cuius voluntate loqui gestimus. qui est benedictus in secula.

Sermo vicesimustertius.

t Ercium principale quod deus vult a nobis fieri est vt ipsum diligamus prout ipse quemlibet nostrum hortatur dicens: Prebe fili mi cor tuum mihi prouer. xxiij. id est conuerte cor tuũ ad diligendnm me. Quod ꝙ vtile sit patet per illnd quod scribitur ad Romanos. viij. Scimus qm̃ diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Hec dilectio merito sequitur cognitionem quia nemo proprie et id specíali diligit qͦ non cognoscit. Cognitio nanqꝫ re diligibilis prouocat cor ad diligendum. Uis enim rõnalis suscitat vim concupiscibilez. et prouocat eam ad cõplectendũ illud qͦ ipsa ratio iudicat esse diligibile. Istud tertiũ velle xp̃s docuit verbo et vita. Uerbo docuit dicens. Diliges dominum deũ tuuz ex toto corde tuo. Mat. xxij. et Mar. xij. Uita docuit. nam ipse de seipso testimoniũ perhibuit dicens. Cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mãdatũ dedit mihi pater sic facio. Jo. xiiij. Est igitur voluntas dei vt diligamus eum. De qua voluntate dominus dixit. Ignem veni mittere in terrã. et q̃d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

volo nisi vt accendatur Luce.xij. In signū huius dn̄s
spm̄sanctuȝ qui est amor increatus. et fons dilectionis
nostre misit in specie ignis. Actuū.ij. De hac dilectio-
ne potest intelligi illud psal. Vita in volūtate. Vbi p
vitam intelligi potest caritas de qua Augu. in libro de
laude caritatis dicit. Caritas est vita morientiū. id est
hoīm mortalium. Quātum aūt placet deo vt diligat
ab homine et ꝙ fructuosum sit homini patet per psal.
qui dicit. Custodit dn̄s om̄s diligentes se. Nec miruȝ
quia alibi dicit. Ego diligētes me diligo. Prouer.viij
Quod expressius ipse dn̄s dixit. Qui diligit me dilige
tur a patre meo et ego diligam eū et manifestabo ei me
ipsum. Jo.xiiij. Jstud tertiū velle dei perficit duo su-
pradicta quia dilectio dei purgat aīam tanꝙ ignis et
facit peccata remitti. Luce.vij. Remittunt ei pctā mlta
qm̄ dilexit multū. Et vniuersa delicta operit caritas vt
dicitur. Prouer.x. et hoc quo ad primū velle supradic-
tum. Jtem per dilectionē dei intellectus illuminat vt
clarius cognoscat iuxta illud Eccl.ij. Qui timetis dn̄ȝ
diligite illū. et illuminabuntur corda vestra. Vn̄ spūs-
sanctus qui caritas est. et caritateȝ dei nobis infundat
datus apostolis docuit eos oēm veritatē. Et hoc quo
ad secundū velle dei. Qui ergo dilectionē dei non ha-
bet voluntati dei repugnat idcirco incidit in mortem. si
cut prima Jo.iij. dicitur. Qui nō diligit manet in mor
te. Tales sunt qui deum odiunt. et ꝙtum possunt ma-
lis operibus ipm̄ persequunt. Vnde si ille qui fratrem
suum odit homicida est vt dicit.i. Jo.iij. Absqȝ dubio
qui deū odit deicida potest appellari. Non ē ergo mirū
si manet in morte qui factus est filius mortis eterne.
Quot autem deus sit summe diligendus et ꝙ velit se
diligi patet per hoc. Exemplum. Scribitur nanqȝ
in libro de apibus ꝙ erat quedam puella in brabantie
partibus. nobilis et generosa. que in amorem cuius-

dam iuuenis per multos annos miro demouum insul
tu vexebatur. Hec cum frequenter multis lacrimis in
confessione dyabolicas insidias aperiret, consiliuȝ hoc
accepit a suo confessore. vt summopere caueret. ne ver/
bo aut nutu iuueni temptationis occasionem preberet.
Et ipsa diligenter huic ãmonitioni paruit. Cumq; ad
eo grauiter temptaretur. vt somnum cibuq; perderet ap
petitum. accidit quadã nocte vt tanto demonũ agita/
retur impulsu ꝙ superueniente aurora surgere cogita/
ret. et clam adire iuuenem qui in vicinio manebat pro/
poneret. Sed vbi vt surgeret oculos apperuit vidit chri
stum quasi plagis recentibus crucifixum: leni sermone
prima lingua sibi dicentem. Me diligas qui sum for/
mosus bonus dulcis et generosus. Hec vt dixit repẽte
disparuit et puellaȝ in omni pace et gaudio et gratiarũ
actione ab omni temptatione liberrimã reliquit. Hec
est igitur dilectio qua deus vult a nobis diligi que est
fortis vt mors vt dicitur Cañ. vltimo. ymmo fortior ẽ
ꝙ mors quia mortem vincit et per mortem inuicta trã
sit Et si contingat hominẽ propter eam seu per eã mori
tunc ipse multo fortius triumphat de morte transiẽs
ad vitam immortalem. et pertingẽs ad beatificum am
plexum sui dilecti. Exemplum De hoc in libro de
apibus tale ponitur exemplũ. Contigit vt quidam ca
nonicus regularis dictus Johannes polinus. predica
ret in monasterio cantipratensi canonicoꝝ regularium
iuxta cameracum sito presentibus multis benignis cũ
populo in festo beatorum Philippi et Jacobi aposto/
lorum. Cumq; illud verbum dominicum qui manet in
me et ego in eo hic fert fructum multum. Haberet in
manibus. et illi crebris versationibus diligenter insiste
ret virgo quedam anicula feruentissima spiritu. cepit
primo intra se fremere pre nimio deuotionis ardore et
omnibus membris suis concuti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Sed cum ter aut quater reprimeretur circumsedẽcium pulsibus sociarum. tandem predictus religiosus inse perabilem vnionem anime beate cum deo cõmixture aque et vini comparuit. Quo audito spiritus dicte vir-ginis cor eius quasi inustum absq spiraculo lagũculã rumpere solet. cum sanguinis effusione et clamor dirũ pit. Et sic ipa in conspectu oim expirauit. O q̃ felix anima que innixa super dilectum celestes nuptias in-troiuit. Quartum principale quod deus vult a nobis fieri est vt bonum operemur. Et merito sequitur dilec-tionem dei quia dilectio nõ vult esse occiosa. Si enim occiosa esset dilectio non esset iuxta illud dictũ Grego. Amor operatur magna si est. Si autem operari renuit amor nõ est. Ideo dominus dicit. Si diligitis me mã data mea seruate: qui habet mandata mea et seruat ea scz operando per ea ille est qui me diligit. Jo. xiiij. In signum huius dilectio appellatur ignis scdm Gre. Nã sicut ignis inter oĩa elementa est maxime actiuus: Sic dilectio inter oms virtutes est maxime operatiua. nec aliter clare probatur nisi per opera. Ideo Grego. dicit Probatio dilectionis exhibitio ẽ operis. Jdo. ij. Jo. .iij. bene dicitur. Non diligamus verbo necq lingua: sed opere et veritate. Istud quartũ velle xp̃s. docuit ver bo et vita: verbo docuit quãdo dicit. Operamini non cibũ qui perit sed qui permanet in vitam eternam. Jo. vi. Item docuit satis in parabola de operarijs missis in vineam. scz ad operandũ. Mat. xx. vita vero docuit quia de ipso dicitur Act. i. Cepit ihesus facere et doce re. Itẽ Act. x. Pertransijt benefaciendo. Ideo ipse con fidenter dixit. Opera que ego facio in nomine patris mei. hec testimoniũ perhibent de me. Jo. x. Itez ibidẽ Multa opera bona ostendi vobis ex patre. Unde xp̃s vt bonum operaretur et nobis exemplũ bene operandi preberet laborauit frequenter vsq ad fatigationem. et

tandem vsq; ad sudorem sanguineum. Et hoc tam fer
uenter fecit vt diceret. Meus cibus est vt faciam volun
tatem eius qui misit me vt perficiã opus eius Jo. iiii.
Et notabil'r compat impletionem paterne voluntatis
cibo corporali. Nam sicut esuriens appetit cibum et de
lectatur ipsum comedere. sic xps delectabatur cũ desi
derio perficere voluntatẽ patris sui. Et sic nos debere
mus feruenter et cũ delectatione voluntatẽ dei adiple
re. et hoc est esurire et sitire iustitiam. Est igitur volũtas
dei vt bene operemur et bonum faciamus. Unde. ij.
macha. primo dicit. Det vobis cor omnib' vt colatis
eum et faciatis eius voluntatem. Ad hoc Saulus se
promptũ exhibuit. quando stratus a dño in terram di
xit. Dñe quid me vis facere. Act. ix. De hoc etiã psal.
dicit. In capite libri scriptũ est de me vt facerem volun
tatem tuã: deus meus volui. In capite libri id ẽ in mẽ
te q secundũ Grego. Caput est aĩe vel in capite libri
id est in principio psalterij vbi de beato viro dicitur. In
lege dñi voluntas eius. Ideo alibi psalmista petijt di
cens. Doce me facere id est opere implere voluntatem
tuã. Et merito psal. petijt et desiderauit facere volunta
tem dei q2 dicitur. Mat. xij. Quicũq; fecerit voluntatẽ
patris mei qui in celis ẽ ipse meus frater et soror et mã
ter est. Item Mat. vij. Non omnis qui dicit mihi dñe
dñe intrabit in regnũ celorũ. sed qui fecerit voluntatem
patris mei qui in celis est. ipse intrabit in regnũ celorũ
Bene ergo dixit aposto. ad Ro. ij. Gloria et honor et
pax omni operanti bonũ. Et hoc ideo quia voluntatẽ
dei facit. Qui ergo non vult bene operari voluntati
dei resistit et repugnat. Sicut quibusdam dñs impro
perando dixit. Quid vocatis me dñe et nõ facitis que
dico. Lu. vi. Exemplũ De seruo pigro qui de ta
lento sibi cõmisso noluit operari. sed ipsum sine lucro
ad dominũ reportauit. Et ideo talento sibi commisso

Esurire et sitire Justitiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

priuatus fuit et in tenebras exteriores proiectus prout scribitur. Mat. xxv. et Luce. xix. Unde qui in vtilis est et infructuosus contra cor suũ loquitur quando dicit. Fiat voluntas tua quia vnum petit ore et contrarium intendit et exhibet opere. Nec est mirum si oratio eius fiat in peccatũ. Verũ est tamen ꝙ aliqui bonũ operantur sed non bona intentione: q2 non propter deum: sed propter laudem humanam. Tales faciunt bonum sed non bene. Nam bonũ est esurientẽ pascere. sitientes potare et hmõi opera misericordie indigentibus impendere. Si tamen fiant propter vanam gloriaз infructuosa sunt operanti. et quod grauius est. ipsa sunt sibi dãnosa et perpetuã damnationẽ sibi pro mercede rependentia. Exemplum De hoc scribit Cesarius tale exemplũ. Fuit in bauaria quidã ditissimus ministerialis ducis bauarie. operibus misericordie multum intẽtus. Qui cum mortuus esset nocte quadam castrum in quo vxor eius fuit concussum est ac si terre motus fuisset factus. Et ecce hostio camere in qua ipsa iacebat aperto. maritus eius defunctus ingressus est. quodam gygante nigerrimo cum impellente. Queз cũ de statu suo vxor eius interrogaret tristis respondit. Penis eternis deputatus sum. Ad quod illa territa ait. Nõne elemosinas magnas fecistis. hostiũ vestrum omibus peregrinis patuit. non prosunt vobis ista. Respondit ille nihil mihi prosunt ad vitã eternam. eo ꝙ ob vanã gloriam et non ex caritate a me facta sint. Cunqз de alijs eum interrogare vellet. Ait Concessum est mihi apparere tibi sed non licet hic morari. Ecce ductor meus dyabolus foris stat expectans me. Si oĩa folia arborũ verterentur in linguas. tormenta mea exprimere non possẽt Statimqз euocatus et impulsus in eius discessu sicut prius castrũ fuit cõcussum et voces eiulatus eius lõge audiebantᷣ. Ecce ꝙ̃ male fructuosa fuerunt opa bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

propter malam intentionem. Exemplum De hoc etiam beatus Grego. in li. dyalogi tale narrat exemplū de fortunato epo ecclesie tudertine. videlicet ꝙ quodaꝫ tempore dictus epus ex obsesso quodā hoie immūdū spiritū excussit. Qui malignus spiritus cū vesperascēte iam die secretam ab hominibus cerneret horam peregrinum quēpiam esse se simulans circuire cepit ciuitatis plateas et clamare. O virum sanctum fortunatū epm̄ Ecce quid fecit peregrinum hominē de hospitio suo expulit. Quero vbi requiescere debeam et in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in hospitio suo cum vxore et paruulo filio ad prunas sedebat. Qui vocem eius audiens. et quid ei episcopus fecerit requirens. hunc inuitauit hospitio et sedere secū iuxta prunas fecit. Cūqꝫ vicissim aliqua cōfabularentur paruulum eius filium isdem maglignus spūs inuasit atqꝫ in eisdem prunis proiecit. ibiqꝫ mox eius animam excussit. Qui orbatus filio miser vel quē ipse susceperat vel quē episcopus expulisset adnouit. Et cū Petrus de hoc miraretur et quereret Grego. respondit. Multa Petre videtur bona sed non sunt quia bono animo non fiunt. Unde et in euangilo veritas dicit. Si oculus tuus neqꝫ fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cū peruersa est intentio que precedit: prauū est omne opus quod sequitur. ꝗuis rectum esse videatur. Ego nanqꝫ hunc viruꝫ qui dum quasi hospitalitatē preberet orbatus est. non pietatis opere delectatū estimo. sed episcopi derogatione. Nam pena subsequēs innotuit. qꝛ precedens illa susceptio sine culpa nō fuit. Et post pauca subdit Gregori⁹ Estimo hūc virū qui malignū spiritū in hospitalitate suscepit. ostētationi potius intendisse ꝙ operi vt meliora. ꝙ episcopus fecisse videretur. quatinus ipse susciperet eum quē vir dn̄i fortunatus expulisset. hec Grego:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Nos igitur sic bonū exterius operemur vt intentio bona interius seruet quia sic est voluntas dei. qui magis scđm intentionem opus iudicat q̄ secundū extrinsecā apparentiam. Homines em̄ vident ea que foris patēt deus autē intuet cor qui ē sup benedict⁹ in secula Am̄.

De alijs que deus vult a nobis fieri dicentur in sermone sequenti:

Sermo vicesimusquartus

q Uintum principale quod deus vult a nobis fieri est vt patiamur pro eo. Et hoc merito sequit predictum quartū velle dei. Nam quicunq̧ vult bene operari multa cogitur sustinere. Ideo. ij. ad Thimot. iij. bene dicit. Om̄s qui pie volunt viuere in xp̄o persecutiones patientur. Ipsi nanq̧ vndiq̧ et omniquaq̧ fere reperiunt obstacula. imdenter em̄ a peruersis hoibus impediunt a dyabolo retrahuntur a mundo. fatigantur a propria natura. que laboris est impatiens et ad malū procliuis. Istud quintū velle xp̄s docuit verbo et vita. Uerbo docuit quando dixit. Beati qui persecutionem patiunt propter iustitiam. Mathei. v. Itez ibidem Beati eritis cum maledixerint vobis homies etc. Uita vero docuit quia tota eius vita a principio vsq̧ ad finem fuit quasi vnū martirium et clarum speculum passionis et patientie. Ideo. i. Petri. ij. dicit. Xp̄s passus est pro nobis. Uobis relinquens in exemplū vt sequamini vestigia eius. Oportuit autem pati xp̄m et ita intrare in gloriā suā Luce. xxiiij. Est igit volūtas dei vt patienter sustineamus. Idcirco discipulis suis christus dixit. Ecce ego mitto vos sicut oues vł agnos inter lupos. Mat. x. et. Lu. x. Sic et filijs zebedei dicit Calicez quidē meū bibetis. Mat. xx. De hac volunta/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

te dei dicitur. i. Pe. iiij. Qui patiūtur scd'm volūtatem dei creatori cōmendant animas suas. Et ad hebre. x. dr̄ Patientia vobis necessaria est vt voluntatē dei facientes reportetis promissionem. Sic quando filij israhel erant in tribulatione. Judith dixit. Dicamus flentes domino. vt secundum voluutatem suam faciat nobiscum misericordiam suā Judith. viij. Et Thobias sustinens cecitatem dixit. Domine, fac mecū secundum voluntatem tuā. Thobie. iij. Et q̄ sic patiēter pati sit de voluntatē dei signū est q̄ dn̄s suos amicos pati et trucidari permisit: nec eos a passionibus cum faciliter potuisset liberauit nisi forte q̄nq̄ propter consolationez fidelium. aut confusionē persecutoꝝ et infideliuz. Sed eos in passionibus cōfortauit volēs vt sustinēdo plus mererentur et ab eo gloriosius coronarent. Eos igitur magis dilexisse videtur quos grauioribus passionibus affligi permittebat. Et illi voluntatem dei perfecerunt qui naturam suam suppeditantes. et propriā voluntatem frangentes. graues penas patienter et sponte sustinuerunt. Qui ergo pati non vult vel impatienter patit̄ repugnat voluntati dei amittens fructū passionis. et cū hoc grauiter deū offendens. Jdeo Prouer. xix. dicitur. Qui impatiens est sustinebit dānum. Talis em̄ christum qui per viam passionis precessit imitari recusat: quia ipse dixit. Si quis vult venire post me abneget se ipsum et tollat crucem suam quotidie Luce. x. Tollit autem homo crucem suam quando se voluntarie castigat et a voluptatibus refrenat. aut etiam quādo passiones aliunde inflictas patienter sustinet. Jtem talis propriam culpam et penam quā meruit non agnoscat aut non ponderat. Cum tamen Grego. in moralibus dicat. Justa sunt cuncta que patimur et valde iniustum ē si de iusta passione murmuramus. Jdeo iudith bene dicit. Nos ergo non vlciscamur nos pro his que pati

Pati expedit

Toller crucem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

mur sed reputantes peccatis nostris. Nec ipsa suppli-
cia minora esse flagella domini. quasi serui qui corripi
mur ad emendationem nō ad perditionē nostrā euenis
se credamus. Item talis ad celestem gloriam peruenī-
re recusat. cum nemo coronet nisi legitime certauerit. vt
dicitur. ij. ad Thimo. ij. Et cum per multas tribulatio
nes oporteat uos intrare in regnum celorum. vt dicitur
Act. xiiij. Omnes eīm qui placuerunt deo per multas
tribulationes transierunt fideles. vt dicit Judith. viij.
Transierunt aūt fideles quia patienter tollerantes a
semita iusticie non declinauerūt nec voluntati dei resti
terunt sic ergo transierunt per hunc mundmm et de hoc
mundo ad regnum celorū. Exemplū. De hoc ponit
Cesarius exemplū satis pulcrum dicens ꝙ in claraual
le fuit conuersus quidā valde religiosus qui nunq̄ vi
sus fuit irasci. aut ad impatientiam prouocatus. Ille
in cōsuetudine habuit vt quotiēscunq͂ siue iuste siue in
iuste proclamaretur totiens pro illis proclamanti-
bus oraret. Cū igitur quadā vice pro negocijs domꝰ
fuisset extra missus incidit in latrones qui cum iumēto
cui insedit et omnibus rebus dispoliabant. Recedēti-
bus igitur latronibus ipse ad orationem prostratus ro
gauit dn̄m vt ipsis pcīm hoc remitteret. Quidā autem
ex eis reuersus vt videret quid ageret. vt cognouit ꝙ ꝓ
ipsis oraret. percutiens pectus suū dixit. Ve nobis mi-
seris et dānatis. Cunq͂ ad socios suos rediret et rem
referret. omnes illi compuncti redierunt. et oīa restituē-
tes. veniam postulabant. In huius morte quidam reli
giosus sancte vite. cū et ipse ad extrema veniret. raptus
ab humanis aliquādiu iacuit tandemq͂ reuersus dixit:
se perductū fuisse in paradisuz. vbi magna preparatio
fiebat. quasi ad aduentū cuiusdam imperatoris vel re-
gis alijs hincinde confluentibus et resonabat vndiq͂
vox laudis et gratiaꝝ actio. Cūq͂ ille quereret ab an-
gelo ductore suo quid hoc esset. Respondit angelus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Hec est celibritas noua cuiusdã sancti. hodie de domo clareuallis assumpti: et modo in hec gaudia introducẽdi. Quesitum est igit̃ et inuentũ. eadem hora predictũ conuersum ex hac vita migrasse. Sextũ principale quod deus vult a nobis fieri est. vt in oĩbus gr̃as agamus et benedicamus dño. Et merito gratiaꝝ actio seq̃tur ad premissa quia deo debemus gr̃as agere nõ solũ ob hoc ꝙ bonũ velle et bonum opus operat̃ in nobis et cooperat̃ in nobis. sine quo nihil boni cogitare aut facere possumus sed etiam ob hoc ꝙ cõcessit nobis vt etiam ad cumulũ glorie nostre pro ip̃o patiamur. Agamus igit̃ deo gratias ꝓ ope nostro bono. sicut de Dauid scribitur. Eccl'. xlvij. In omni opere dedit cõfessionem sancto et excelso in verbo dñi. et de omni corde suo laudauit deũ. Item agamus deo graatias ꝓ donis et beneficijs suis. sicut Aposto. dicit. ij. ad Coꝝ. ix. Gr̃as deo super inenarrabili dono eius. Item pro passionibus pro deo illatis. sicut beatus Aug. scribit de beato Cipriano carthaginensi ep̃o. Quot cum pronunciata fuit sententia vt decollari deberet. Respondit hilari voce deo gratias. Et merito quia pati pro deo donũ dei est et augmentũ glorie. Id circo Aposto. bene dicit ad Phil'. i. Uobis donatũ est pro xp̃o non solũ vt in eum credatis. sed vt etiam pro illo patiamini. Pro quo tamen notandũ est ꝙ in passionibus nostris gr̃as deo agere debemus. non ob hoc ꝙ alij peccant in nobis ꝑsequendo nos. Sed ꝙ nos patienter tollerando mereamur. Et ideo vt tanto plus mereamur. indulgeamus eis qui persequuntur nos et oremus pro eis eisq; bene facere non omittamus diligentes eos tanquam auctores et adiutores glorie nostre. Et lʒ ipsi nõ intendant augere gloriam nostram in persequendo nos. sed ostendant maliciam suam nihil ad nos. Attendamus nos vtilitatem nostram. et compatiamur insanie ipoꝝ

Istud sextū velle dei xp̄s docuit verbo et vita. Ver/bo docuit quando illi a quo legionem demonuȝ eiece rat dixit. Uade ī domū tuā ad tuos et nūcia illis q̄nta tibi dn̄s fecerit et misertus sit tui. Mat. v. Simile habe tur. Luce. viij. Item cum decē leprosos mūdasset dixit Nonne decē mundati sunt et nouem vbi sunt. Non est inuentus qui rediret et daret gloriā deo nisi hic alieni/gena Luce. xvij. Ex quo elicit̄ q̄ displicuit sibi q̄ illi nouem alij non fuerunt reuersi gratias agentes. Uita docuit q2 in oībus ꝯsueuit grās agere patri suo et ip̄m glorificare: sicut pȝ in mltis locis euanāgelioꝝ. Egit ei grās pr̄i suo qn̄ satiauit quinq; milia hoium de quinq; panibus. et quatuor milia de septem panibus. Item quādo Lazarū suscitauit. Item qn̄ sacramentū corpo/ris et sanguinis sui instituit et sic de multis alijs posset ostendi. Ex quo cōmunijcit̄ et elicitur q̄ in consuetudi ne habuit gratias agere. Est igit̄ voluntas dei vt ip̄m cū gratiarū actione laudemus et bene dicamus. Unde prima ad Thess. vltimo dicit̄. Semp̄ gaudete sine in/termissione orate in omnibus gratias agite. Hec est ei voluntas in xp̄o hiesu in omnibus vobis. et psal. dicit Benedicite dn̄o omnes virtutes eius etc̄. Et. ij: Esdre vltimo dicit̄. Cōfitemini dn̄o et date gloriā deo patrū vestroꝝ et facite voluntatē eius. Idcirco sancta eccl'ia sponsa xp̄i habet in consuetudine dicere. Benedicam⁹ dn̄o deo gratias. Item Gratias agamus dn̄o deo no stro. Et apostolus tanq̄ preco ecclesie docuit suos neophi tos dicens. Quodcunq; facitis in verbo aut opere oīa in nomine domini nostri hiesu xp̄i facite. gratias agen tes deo patri per ip̄m: vt dicit̄ ad Coloss. iij. Et notāter dr̄ gratias agentes vel gratias agite vel grās agamus aut hmōi: quia gratitudo non debet stare in nudis verbis se debet operibus ostendi. Qui ergo deo grās non agunt voluntati dei repugnant. sicut de quibusdā

dicit ad Ro.i. Cum cognouissent deū non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Super quo verbo dicit Aug. Quod deus dederat gratis.i.gratias agentibus tulit ingratis. Et Grego.dicit. Non est dignus dandis qui non agit gratias de datis. Exemplum De ingratudine et gratiarū actione et specialiter in aduersitatibus possumus exemplū capere et trahere ex vita. Stephani patris monasterij iuxta reatine vrbis menia constituti de quo Grego.in dyalogo sic dicit. Erat valde sanctus et patiētie virtute singularis: scʒ Stephanus predictus. Hic pro amore celestis patrie cuncta despexerat possidere in hoc mundo aliquid fugiebat tumultus deuitauit hominum crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Uirtus tamen patientie in eo vehementer exercuerat. vt cum sibi amicum crederet. qui sibi molestie aliquid irrogasset. Reddebat contumelijs gratias. Si quid in ipsa sua in opia damnuʒ ei fuisset illatum hoc maximū lucrū putabat. Omnes suos aduersarios nil aliud ꝙ adiutores estimabat. Ad huius vite finē cum multi cōuenissent. ꝙ plures corporis oculis viderunt angelos introeuntes. scʒ vt ei morienti assisterent et eius animā ad regnuʒ celorū perducerent Exemplū. De ingratitudine Cesarius scribit hoc exemplū. Quidaʒ piscator in dyoc. traiectē. de fornicatione suspectus cum timeret accusari et puniri. confessus fuit sacerdoti et absolutus; et postea pro sua expurgatione ferrum ignitū illesa manu portauit. Quid plura. Absolutus fuit et penam euasit: Post paucos dies nauigans cum alio piscatore dicente sibi ꝙ mirū fuisset eum absqʒ lesione ferrum portasse. Respondit: Ecce non plus lesit me ignis ꝙ hec aqua. et percussit aquam manu sua. Mira dei iustitia. Mox vt aquam tetigit tanꝙ ardens ferrū manum eius combussit. Statimqʒ cum clamore manum retrahens pellem in aqua

dimisit. Ideo sic punitus fuit. quia vel peccatũ aut peccandi propositũ resumpsit. aut gloriando hoc dixit et sic vtroq₃ mõ ingratus fuit deo. Septimũ principale quod deus vult a nobis fieri est vt in bonis. et contra mala perseueremus et hoc vsq₃ in finem quia non datᷣ merces nisi in fine operis. Idcirco qui ante fine₃ cessat a bono. vel desinit resistere malo mercede se priuat. Vñ grego. in moralibus dicit. Incassum bonũ agitᷣ si ante terminũ vite deseratur. quia frustra velociter currit qui priusq̄ ad metã veniat deficit. Itẽ idem in omelia sup euangelio ferie quinte pasche dicit. Uirtus boni opis perseuerẽtia est. Uide ibidem plura de perseuerentia si placet. Hoc septimũ velle dei xp̄s docuit verbo et vita Uerbo docuit qñ dixit. Qui perseuerauerit vsq₃ in finẽ hic saluus erit. Mat. v. et. xxiiij. Super quo verbo vide grego. in omelia predicta. Uita vero docuit quia non cessauit qnousq₃ perfecit voluntatẽ sui patris. Ideo dixit. Meus cibus est vt faciã voluntatem eius qui misit me. vt perficiã opus eius. Joh. iiij. Unde ante passionẽ suam dixit ad patrẽ. Opus cõsummaui quod dedisti mihi vt facerẽ. Jo. xvij. et in fine vite dixit. Cõsummatũ est. Joh. xix. In signũ huius noluit de cruce descendere quãdo iudei dixerunt. Si filius dei est descendat nunc de cruce et credimus ei. Nam licet nouerit maliciã ipsoꝝ. q̄ l₃ hoc nõ loquebantur ex corde nec intendebant credere. etiam si descendisset quia solũ hoc dixerunt improperãdo ei et cũ subsanando. tñ si xp̄s presciuisset eos credituros p descensum eius de cruce. non tñ descendisset ne instabilibus occasionem dedisset bonũ inceptũ dimittendi. Sed voluit perseuerentiam cõmendare et nobis exẽplum in bono cepto pseuerandi prebere. Est igitᷣ voluntas dei vᵗ perseueremus et bona incepta pficiamus. de hoc dicitᷣ. ij. Esdre. viij. Perfice sciendũ volũtatẽ dei. Et ad Colosseñ. vlti. dicitᷣ. Stetis

id est perseueretis pfecti.pleni in omni volūtate dei.vñ
illud Jo.vlti.de quolibet nro pōt accipi. Uidelicet sic
eū volo manere.i.pseuerare. Et quia pseuerantes vo-
lūtatem dei pficiunt. Idcirco deus eos glorificat iuxta
illud. Apo.ij. Esto fidelis vsq ad morte͂ et dabo tibi
coronā vite.et.i.Paral'.xxviij.dr ꝙ dñs dixit ad Da-
uid. Salomone͂ elegi mihi in filium et ego ero ei in pa
trem et firmabo regnū eius in eternū si perseuerauerit
facere precepta mea. Et Seneca i quadā epl'a dicit. In
excelso est beata vita sed pseueranti penetrabilis. Qui
ergo in bono nō perseuerat volūtati dei repugnat:et fa
cit se indignū regno dei.iuxta illud Lu.ix. Nemo mit-
tens manū ad aratrū et respicie͂s retro aptus est regno
dei. Sic fuit de Saul et Joas regibus.quorum vterq
bene incepit sed nō perseuerauit. Idcirco vterq repro-
batus fuit et a malū fine͂ deuenit.vt pz i libris. Regū
.i.et.iiij. Unde cuidā per increpationem dicit Apo.ij:
Caritate͂ tuā primā reliquisti. Memor esto itaq vñ ex
cideris et age penitentiā et prima opa fac. De perseue-
rentia in bono cepto scribitur tale exemplū in li.de api-
bus. Exemplū. Erat quidā puer nobilis in tētonia
filius cuiusdā comitis et cognatus regis frācie.xvi.an
norū Albertus noie qui cū esset parisius et missis nū.
ciis vocaret ad patriā redire et vxore͂ ducere.venit ad
domū predicatoꝝ et magistrū iordanū et conuentū ad
iurabat et cōtestabat:ꝙ si eū non reciperent ad ordine͂
prout iam pride͂ desiderauerat.deus sanguinem eius
de manu ipoꝝ requireret. Ipsis igit fle͂tibus et primo
quid facerent hesitantibus.tandem ipm receperunt et
induerūt. Qđ pater eius iam senex percipie͂s cum mul
tis aduenit vt eum vi tolleret sed repulsus i fecto nego
cio reuersus fuit in patriam. Tandem quidam archi-
dyaconus auunculus eius venit ad eum vt eum ab in
cepto auerteret. Qui inter alia dixit ei ꝙ propter ingres
sum ordinis mater esset breuiter moritura pre dolore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et ipsemet auunculus eius fuisset fere mortuus: Cui iuuenis in fenestra vitrea ostendit ymaginem crucifixi et a laterib⁹ ymagines beate Marie et beati Johãnis euugeliste dicens. ꝙ ꝙuis xp̄s matrem suam dilectaʒ cognouerit in tanto dolore ꝙ gladius doloris pertrã/sient auimam eius et consobrinum suuʒ pre ceteris dilectum vident multũ cõtristatum de cruce tamen non descẽdit sed in cruce perstitit moriturus. Sic et si mater mea moriatur. et tu carissime pendiciteris. ego tamen de cruce non descendam. sed in ea moriar. Et hanc quidẽ ascende et tu ne te miserabilis huius mundi laborint⁹ inuoluat. Quid plura. Archidyaconus motus ad la/crimas post paucos dies secutus est eum Exemplũ Quo contra de imperseuerãtia scribitur in cronicis car thusie. ꝙ quidã nouicius in domo prope maguntiam ordinis carthusiensis tentatus redire ad seculum cum ymaginem beate marie osseam vel eburneam haberet in cella. et eam quasi vale faciens salutaret. eadeʒ ymago in quodam tabernaculo posita se visibiliter regirãs dorsum ad eum vertit. Quo viso territus sed non correctus .hoc quod viderat priori et magistro suo intima/uit. postea vero cum prioris et magistri sui exhortatio/nibus non acquiesceret. quadã nocte post matutinas euasit. Et cum multi post eum missi essent. nunꝙ repe riri poterat. nec vnꝙ quo deuenit aliquis perceperat. Tunc dicta ymago ad domum carthusie pro testimo/nio et pro cautela perlata fuit. et adhuc ibidem manet

Exemplũ. Similiter in quadã alia domo dicti car/thusiensis ordinis fuit quidam nouicius: cuius soror nubilis venit ad portam monasterij flens et eiulans ꝑ eo ꝙ ipsam desolatam reliquerat. Consuluit prior ne dictus nouicius ad eam vadat ne forte ab ea seductus recedat. Ille vero presumens stulte de seip̄o. eã adijt et deceptus cũ ea recessit. Pergentibus igit̃ illis simul et

non longe a monasterio nemusculum quoddam ingre
dientibus agricole et pastores viderunt quãdaȝ bestiã
prius non visam rapido ore venire de silua: que facta
parua mora in nemusculo rediit ad locum vnde vene-
rat. Mirantes illi qui bestia fecerit cucurrerũt ad nemus
culum et inuenerunt ambos occisos. et membra ipsoꝝ
dilaniata et hincinde dispersa. Si ergo in his predictis
imperseuerantia sic fuit punita qui nundũ professi fue
rant. quid de professis apostatis dicendum erit. Exẽ
plum. Sed ad tam miserum finem quidam heremita
non venit. qui cum similia facere tẽptauit. De quo scri-
bit Seuerus in dyalogo suo. Ait enĩ ꝙ quidam miles
deposito cingulo militari intrauit heremũ. et factus he
remita multum profecit. et factus fuit probatus mona
chus. Dyabolus vero inuidens profectui eius et saluti
Immisit cordi eius ꝙ multo melius esset vt vxorem
quam reliquerat et familiam bene gubernaret et in se-
culo bonis operib⁹ insisteret. Hoc ꝙ sic solitarius in cella
sederet. Qui tandem tẽptationi dyabolice cedens re-
cessit a cella vt ad seculũ pergeret. Sed cuȝ in via quod
dam monasterium intraret. et monachi causam disces-
sus audirent. dixerunt dyabolicam esse temptationem
persuadentes vt omnino ad cellam rediret. Sed cuȝ ei
persuadere non possent cum omnium illorum dolore
discessit. Et esse vix ab aspectu ipsorum separatus im-
pletus fuit demonio et sic reductus ad monasteriũ. cũ
dyabolus in eum multum irasceretur et seuiret. vincu-
lis ferreis fuit alligatus. Sed post biennium oratio-
nibus fratrũ liberatus ad heremum rediit. et cautior
contra temptationes factus vsq; in finem vite domino
stabiliter seruiuit. Cui sit honor et gloria in seculorum
secula. Amen.

Sermo vicesimusquintus

e

Xpeditis tribus punctis principalibus pro de-
claratione tertie petitionis asumpte videlicet q̄
et qualis sit volūtas nostra. et que et qualis sit
voluntas dei. et quid deus velit a nobis fieri. Viden
dū est nūc de quarto puncto. scʒ quomodo voluntatē
dei debeam⁹ implere. Pro quo notandū est ꝙ per obe
dientiam veram et simplicem et non aliter. perficimus
voluntatē dei et voluntas eius a nobis et in nobis sit.
Si dixerimus et fecerimus sicut filij israhel dixerunt vi
delicet. Oīa que locutus est dūs faciemus et erimus o
bedientes. Exo. xxiiij. Et hoc dn̄s intēdit qū non solū
docuit nos dicere fiat voluntas tua. Sed etiam appo-
suit istā clausulā. sicut in celo et in terra. Per quā voluit
modū et formā obediendi ostēdere. Cui cōcordat illa
petitio Iude machabei. videlʒ sicut fuerit voluntas in
celo: sic fiat. i. Machabe. iij. Sed anteꝙ̄ ostendat̄ quo
modo volūtas dei fiat in terra sicut in celo prius expo
nenda sunt verba predicta. Igit̄ hec petitio. scʒ fiat vo-
luntas tua sicut in celo et in terra. quinqʒ modis potest
intelligi quoꝝ quattuor tangit Aug⁹. in li. de sermone
dn̄i. prout recitat doctor sanctus scʒ Thomas de aqui
no in libello de expositione orationis dn̄ice. Primo
modo exponitur vt per celū intelligantur beati in p̄ria
qui sunt in ecclesia triumphante et per terram homines
degentes in hoc mundo q̄ sunt in ecclesia militante. Et
est sensus ꝙ voluntas dei fiat in hominibus in hoc mū-
do adhuc mortaliter viuentibus. sicut fit in beatis in re
gno immortaliter regnātibus. Et hec expositio satis ē
cōueniens. qꝛ beati in regno sup̄no sunt oīno cōformes
diuine voluntati sic ꝙ nec in minima cogitatiōe ab ea
discrepant. Petimus igitur vt etiā sic fiat de nobis. Et
si nō oīno tam plene et perfecte. Fiat saltem secundum
possibilitatem nostram. Quot autē noīe celi intelligā
tur beati et noīe terre viatores. pʒ per illud psal. Celen

tur celi et exultet terra. Itē laudate dn̄m de celis lauda te dn̄m de terra. Sc̄do mō scd̄m Aug. et scd̄m Tho/mam de aquino sic intelligit' vt per celū intelligantur sancti angeli. per terrā vero intelligant' hoīes beati. si/cut per psal. dicit'. Aduocabit celū de sursum id est an gelos. et terrā .i. sanctos hoīes discernere populuȝ suū Et tunc est sensus predicte petitionis. Sicut in angelis voluntas tua fit vt te perfruant' nullo errore obnubilan te coꝝ beatitudineȝ. ita fiat de sanctis tuis qui de terra sunt. et in terra formati sunt q̄ntum ad corpus. Et ē hec expositio cōueniens pro tanto qꝛ vt dicit. Aug. In illo beatitudinis regno vita beata perficit' in sanctis. sicut nūc pfecta est in angelis. quia erimus sicut angeli dei in celis: Tertio mō scd̄m Aug. et Thomā intelligit' supradicta petitio. vt per celū intelligat' iustus. per terrā vero homo peccõr. Vn̄ Grego. in Moral'. dicit. Quid p celū nisi iustos. et q̄d per terrā nisi peccõres accipimus. Iusti eniȝ sunt celi qui enarrant gloriā dei et qui annū ciant iusticiaȝ eius. vt dicit psal. Peccatores vero terra sunt q̄ data est serpenti ad manducandū. vt Aug. in li. de agone xp̄iano exponit illud Geñ. iij. Super pectus tuū gradieris et terram comedes. Est igit' sensus hui⁹ petitionis. Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. q᷑ sicut iusti et sancti faciunt voluntatē dei. et obseruāt pre cepta eius. sic faciant peccõres. scȝ vt cōuertant' et māda ta dei adimpleāt que implendo faciant voluntatē dei sicut ipse voluntatem patris impleuit. Quarto mō secundū eosdem intelligit' vt per celū accipiatur anima aut spiritus noster. secundū quem condelectamur legi dei. per terrā vero intelligamus corpus nostrum. Peti mus ergo vt sicut fit nunc voluntas dei in spiritu nostro secundum quē delectamur in lege sua ita fiat in terra .i. in corpore nostro vt sine aliqua resistētia obediat aīe et p ip̄ȝ volūtas dei fiat vt desinat eē. de quo dr̄ Sap. ix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Corpus quod corrumpitur aggrauat animam et de/
primit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.
Quinto modo intelligitur vt per celum intelligatur
xp̄s qui est sponsus et per terram ecclesia q̄ est sponsa
Et merito q2 sicut terra fecundatur a celo. sic ecclesia a
xp̄o. et tunc est sensus q̄ sic fiat voluntas dei in terra. i.
in tota ecclesia sicut facta est in celo. i. in xp̄o qui dice/
bat. Non veni facere voluntatem meā. sed eius qui mi
sit me. Et orando dixit. Nō mea voluntas sed tua fiat
Horū quinq̄ modorū intelligendi terciam petitionē
orationis dn̄ice quatuor vltimos ponit Aug. vt supra
dictum est. Licet primus modus sit magis vsitatus
Sed circa predicta oriuntur quedam dubitationes.
Prima est que predictarū quinq̄ expositionū sit meli
or. Respondetur q̄ licet om̄s sint bone tn̄ quelibet earū
habet quādam excellentiam seu melioritatē respectu
aliarū et hoc scd̄m alium et aliū modū. Nam scd̄m sta
tum meritoriū prima est melior. Et scd̄m perfectionē
future glorie scd̄a ē melior et scd̄ȝ vniformitatē fideliū
in pfectu virtutū melior est tertia. Sed secundū restitu
tionem status hoīs in prima creatione melior est quar
ta. Secundū vero membrorū et capitis perfectam copu
lationem melior est quinta. Secunda dubitatio
est quare saluator noster non docuit nos dicere facias
voluntatem tuam. sed fiat voluntas tua. Ad hoc res/
pondit. Crisosto. d. Signanter nō est dictū facias vo/
luntatem tuā: sed fiat voluntas tua. ne dei voluntatis
impletio vel boni operis executio vel celestis regni con
secutio videatur dei esse tm̄ vel hominis tm̄. Si enī do
cuisset dicere facias voluntatem tuā. videretur totum
esse dei q̄ bonū faciamus vel q̄ regnū celeste cōsequa
mur. Si vero docuisset dicere faciamus voluntatē tuā.
videret̄ totū esse nostri liberi arbitrij. Et vtrūq̄ est fal/
sum. Nā lȝ creauerit nos nō coopātibus nobis nostrā

Pulcra dubitatio

tamen iustificationem et saluationem non operatur nisi volentibus nobis et conuertentibus ad ipsum. Cui consonat Aug sup Jo. dicens. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. Est ergo sensus verbis. Fiat voluntas tua in terra. sicut iam facta est iu celo per gratiam tuam adiuncto tn̄ nostro libero arbitrio. quia vnum istorū in adultis non sufficit ad salutē cōsequendā et meritoriaz actionē exercendā. Propter qd̄. Tren̄. vlti. dr̄. Cōuerte nos dn̄e ad te scꝫ p gratiā tuā et conuertemur ꝙtum est in nostre volūtatis arbitrio. Et hūc sensum Aug⁹. in li. de sermone dn̄i dicit. Ideo dictuz est Fiat voluntas tua. et non facias voluntatē tuam quia nos nō facim⁹ nostris orōnibus vt deus velit. nec facimus ipsum velle cum eius velle sit immutabile sicut substantia eius Sed dictum est fiat voluntas tua que in illis fit qui faciunt quod deus vult. et secuudum voluntatem eius:

Tertia dubitatio est quare saluator noster nō docuit nos dicere. fiat voluntas tua in nobis. Respondetur scd̄m Criso. ꝙ saluator noster hanc orōnez pro toto orbe terrarū cuilibet nostrū fieri iniunxit. Ideo non dixit fiat voluntas tua in me vel in illo aut in nobis fidelibus solum. Sed vbiqꝫ terrarū vt soluatur error et plantetur veritas expellatur malicia. et reuertatur virtus. et sic iā nō differat celū a terra. Vult ergo Crisosto. ꝙ istā orationez iussit xp̄s fieri pro fidelibus et infidelibus. Ideo nō dixit. Fiat volūtas tua in nobis fidelib⁹ sed in celo et in terra. ac si diceret fiat per gratiam tuā vt infideles qui noīe terre nōcupantur cōuertantur ad fidez et sciant voluntatem tuam sicut fit in celo id est in ip̄is fidelibus ita vt non differat celū a terra: Et in hoc scd̄z Augustinū destruitur error pelagianorū dicentiū. per solū liberū arbitriū nos posse cōsequi fidem. et alia dona sp̄ūalia ꝙtum ad eorū initiū licet ꝙtum ad perfectum esse indigerem⁹ diuino adiutorio et gratia christi.

n i

obedientia/

Si ita esset non esset necessariu3 orare pro infidelibus vt fidē habere inciperēt: ex quo per se ex solo libero ar/bitrio initiū fidei habere possent. His igiť nō inutili/ter premissis accedendū est ad principale et videndu3 quomodo p obedientiā nostra3 voluntas dei fieri de/beat. Pro quo notandū est q obedientia est quasi quidā currus ymaginarius in quo voluntas humana sedens ducitur non suis proprijs motibus sed ad libitū alterius. et sic absq3 labore pertingit secure ac pacifice ad locū ppetue mā̄sionis optatū. Habet aute3 iste currus aurigam fidelē rotas firmas et trahiť equis fortibus et velocibus. Primo igiť dico q auriga vel ductor huius currus est fidelis. sc3 saluator noster q̇ est ductor bonus educēs deducēs. et inducens suas oues. de isto ductore dr̄ Deutro. xxxij. Dn̄s solus dux eius fuit. sc3 populi israhel ad terrā pmissionis. Ipse est em̄ qui dt̄ Prouer. iij. Ducam te per semitas equitatis. Idarco psal. petiuit. d. Deduc. me dn̄e in via tua. Sic quilibet beatoꝝ ductus ē. iuxta illud Sapien̄. x. Iustū deduxit dn̄s per vias rectas etc̄. Item psal. de ipis dicit. Dedu xit eos in viam rectā vt irent in ciuitatē habitatiōis. Et quilibet eoꝝ pōt dicere. Deduxit me sup. semitas iusti/cie ppter nomen. suū. Ite3 tenuisti manū dexterā meā et in voluntate tua deduxisti me etc̄. Iste vero ductor seu auriga alium substituit ductorē seu aurigam vices suas gerentē sc3 prelatū aut superiorē nostrū. cui in oī/bus licitis et honestis acquiescere et obedire debemus et ad eius volūtatem gressus nostros dirigere. ne si ei rebelles fuerim⁹ nō sibi sed dn̄o cuius ergo nos vices gerit repugnasse videamur et ne nimium grauatus sub opere gemat voluntatēq3 nostrā in curru obedientie sa lubriter ducere non possit. Ipis em̄ vicarijs xp̄i cōgruit hoc qđ dn̄s dixit discipulis suis videl3. Qui vos au/dit me audit et qui vos spernit me spernit. Luce decio:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Secundo dico ꝙ tres sunt equi hunc currū obedien
tie trahentes summe cōcordes et ad eundē finē vltima
tum et optimū tendentes et trahētes: scꝫ fides spes: et
caritas. Et quibus fides precedit et finē vltimū intuetᷣ
et per rectissimas vias ad illū finē tendētes ducit: oīa
qꝫ obstacula et impedimenta circūquaqꝫ declinat et lu
mine veritatis illustrata errorum tenebras fugat. Ideo
prima Pe. ij. dicitᷣ De tenebris vos vocauit in ammi-
rabile lumen suum. i. de infidelitate ad fidem. Bene
ergo de fide dicitᷣ prima ad Chor. v. Per fideꝫ ambu-
lamus. scꝫ. de exilio ad patriam. Et ad Ro. v. Accessū
habemus per fidem in grām et supple de grā in gloriā
Post fidem sequitᷣ. secundus equus. s. spes que finem
vltimatū a fide sibi ostensum nō suis meritis. sed diui
na misericordia confidit attingere. et ideo conatᷣ arden
ter procedere et fortiter transire facit. Vñ Ysay. xl. dicitᷣ
Qui sperāt in dño mutabunt fortitudinem. Assument
pennas sicut aquile current et non laborabunt. ambu-
labunt et non deficiēt. Ideo ꝑ spem volūtas pertingit
ad illud quod desiderat. Dicit eñ Aug⁹. in li. de cari-
tate. Qui gaudet in spe tenebit et rem. Post spem sequi
tur tertius equus. scꝫ caritas alligatū trahens currū. qr
caritas omnia sustinet et suffert. vt dicitᷣ. i. ad. Cor. xiij
Ipsa est que finē vltimatū a fide ostensum a spe desi-
deratū nititᷣ amplecti et possidere. Nec ei quidꝙ labo-
ris aut passiōis difficile videtᷣ per qđ illū finē possit ad
ipisci. Vñ bern. libro. de consideratione dicit. Ubi a-
mor est ibi labor non est sed sapor qm̄ amanti nihil est
difficile. De hoc idem dicit. Qui amat ardentius currit
velocius et ꝑuenit citius. Et Aug. dicit. Si ꝑ viā vere
caritatis volumus currere ad eternā patriaꝫ possimus
feliciter ꝑuenire. Sine his tribus equis currus obediē
tie nullaten⁹ bene ꝓcedit nec voluntatē salubriter ducit

Quod patet primo de fide. quia sine fide impossibile
est placere deo. ad hebre. xi. Et omne quod nō est ex fi
de peccatū est ad Romanos. xiiij. Item patet de spe:
quia secundū Augustinū libro de caritate. Qui spem
non habet ad rem non poterit peruenire. Et Ysidorus
in de summo bono dicit ꝙ desperare qđ est spe abij ce
re est in infernum descendere. Item patet de caritate qꝛ
qui non diligit manet in morte vt dicit̄ prima. Jo. iij.
Ergo non perueniet ad vitā. Ideo glosa super epistolā
primā ad Corint. dicit. Aīma sine caritate mortua de
putatur: Patet igitur ex predictis quo modo currus o-
bedientie bene ac salubriter trahatur fide spe et caritate
tanꝙ quibusdam equis. De rotis vero istius currus
dicetur in sermone sequenti. Tamen pro maiori decla-
ratione premissorum et specialiter quo obedientia du
cat ad regnū celorum Exemplū. Uidendū est qđ
dam quod scribitur in cronicis carthusie. Ibi nanqꝫ le
gitur ꝙ tempore Ancelmi prioris carthusie vt creditur
qui cepit anno dñi. M. c. lxxvi. Fuit in carthusia quidā
monachus sanctissime vite et obedientie singularis q̄
tandem euocatus a dño diē clausit extremū: Sed dñs
qui retribuit vnicuiqꝫ secōdum opera eius non est pas-
sus seruum suū sub modio occulte latere. sed infinitis
et patentibus miraculis eum illustrauit post mortem.
vt innumerosi populi de sabaudia et delphinatu quo
rum multi languidos et infirmos suos differabant ad
sepulcrum eiusdem ex eorū liberatione in seruo sancto
benedicerent et laudarent. Si quidem infirmi. leprosi:
ceci: surdi: claudi paralitici: muti. et alia quacunqꝫ in-
firmitate detenti cum eius sepulcrum attigissent sana-
bantur. Stupor oīs circūdederat videntes tanta mira
cula que deus per sanctum suum operabatur. Diebus
dies succedunt. et menses mensibus miraculaqꝫ quoti
die accrescunt. Sed dyabolus dicte domui que tantū

vinum enutriuit inuidēs. tantam turbationē et inquie
tem ibidem obstripitum hominū cōcurrentium conci/
tauit ꝙ nulli monachorū deo libere seruire vel vacare
licebat. et quod peius fuit multa inhonesta perpetra/
bant. Sed vir perspicacis ingenij prior carthusie. suoꝝ
grauiter ferens inquietudinē filiorū. has pias sancto
suo potuit facere querelas. Siccine fili carissime hec ē
retributio quā retribuisti nobis. Tu ad deū perpetua
in gloria quieturus ascēdisti nobisqꝫ tante inquietudi
nis bellum indicas. Non sic filij erit non sic. sed eodem
pignore quo aduersariū tuū cōfudisti. eo te aggrediar
necesse ē Obedientia em̄ qua in hoc campo certaminis
viriliter dimicasti que et pacem perpetuā tibi procura
uit etiā fratribus et socijs tuis pacē procurabit. Tūc
ꝙ dictus prior accedens ad tumulū eius ait. In virtu
te sancte obedientie fili mi tibi precipio. quatinus sicut
in vita tua mihi semper obedieus fuisti sic et nunc exi/
stas. nec vllū miraculū de cetero facere presumas. O
magnū miraculū. Nam post predictū preceptū nullū
ad eius sepulcrum miraculū fuit factum. Et qui in vita
sua perfecte obediuit post mortē etiam obedire non ne
gauit. Ecce ꝙtum placet deo vt obediatur non solum
sibi sed etiam vicario suo qui est loco sui auriga et duc/
tor animarū in curru obedientie. Per oppositum vero
ꝙtum deo displiceat non obedire christi vices gerenti
patet ex hoc exemplo. Exemplum. Scribitur in
libro de apibus ꝙ venerabilis Fulco de gandauo na/
tus et canonicus apud insulas rogatus a magistro Ja
cobo de vitriaco legato et predicatore crucis contra al/
bigēses vt secum crucem per flandriam predicaret. ren
nuit. Cui cum insisteret per amicos vt eundem audiret
in negocio ecclesie tam necessario et deuoto rennuit ille
secundo et nullo modo hoc se facturum asseruit. Tunc
magister Jacobus illum magis preceptum timere cō/

fidens .et ego inquit precipio vobis auctoritate qua fungor vt in nomine Iesu christi in remissionem oim peccatorum vestrorum istud negociuz assumatis. Cui ille nullo inquit modo illud assumam et ego rogo vos vt nequaquam me de hoc vlterius fatigetis Mox magister Jacobus grauiter commotus in corde. Et fere vsqz ad lacrimas turbatus: ait illi. Cum vtiqz digne possez auctoritate mihi commissa vos excomunicare. et omni beneficio priuare inobedientia cotumacem nolo tamē ne tantum grauamen tanto viro videar ingerere. Rogo tamen deum qui omnium cordium inspector ē. quatinus reddat vos non solum ad istud quod spernitis: sed prorsus ad omne opus inutilem. Mira res. Mox ad hec verba quartana febris cum fluxu ventris inuasit eum et vsqz ad finez vite sue per vigintiquinqz ānos irremediabiliter fatigauit. Et vide mirum dei iudiciuz de hoc viro. Cum enī talis et tantus esset vt ei dominus Iesus xpus ante mortem q̄si recenter extensus in cruce visibiliter appareret. et eum ante finem mensis augusti prediceret moriturum nullo modo tamen dominus illi parcere voluit quin eum pro inobedientia tanto tēporis spacio flagellaret. Nos igit̄ his et similibus exēplis edocti. maneamus in curru obedientie et trahamur fide spe et caritate. christo aut eius vicario nos ducēte quatenus ad superuā gloriam vbi obedientia summe regnat et dominatur feliciter perducamur. Per eundez ductorem nostrum viuentem et regnantem in secula seculorum. Amen

Sermo vicesimussextus.

Igitur hec materia de voluntate nostra subijciēda per veram obedientiam diuine voluntati fina

liter concludatur. Videndum est de quatuor rotis cur-
rus obedientie sine quibus. scz obediētia aut inutilis
est aut casura nec valens voluntatem salubriter ducere
Sunt aūt iste quatuor rote. prudentia. hylaritas humi
litas et constantia. vt videlicet obediatur prudenter hy
lariter humiliter et constāter. Igitur prima rota currus
obedientie est prudentia: Nā prudenter est obediendū.
vt obedientia deo placeat eo ꝙ prudēter de⁹ sibi serui-
ri vult. vt dicit Ambrosius. Idem dicit Hiero. Idcirco
dicit Dauid hñ dicit. i. Regū. xviij. In omibus vijs
suis. Dauid prudēter agebat et dñs erat cuz eo. Unde
et psal. dicit Prudentē me fecisti mandato tuo scz ad o-
bediendum. Consistit autē prudentia obediētie in hoc
eo ꝙ per obedientiā nullum malum cōmittatur. quia
vera obedientia non obligat ad malum. Ideo Grego.
in Moralibus. bene dicit. Nunꝙ per obedientiam
malum fieri. sed aliquando per obedientiam debet
bonū qd̓ agitur intermitti. Idcirco prudenter fecerunt
emissarij. Saulis quando Saul precepit eis vt interfi-
cerent sacerdotes nobe et noluerunt. vt dicitur. i. Re-
gum. xxij. Ergo quando precipit homo etiam si sit su-
perior cōtra preceptum domini non est sibi obediendū
Unde Petrus et Johannes dixerunt principibus sa-
cerdotum. Si iustum est in cōspectu dei vos potius au
dire ꝙ deum iudicare. Actuū quarto. Item Petrus et
alij apostoli dixerunt. Obedire oportet magis deo ꝙ
hominibus. Act. quinto: Sed quidam non obediunt
sic deo. Sicut propheta missus a domino in bethel. cū
habuisset preceptuz a domino ꝙ non comederet vel bi
beret in loco illo. et hoc transgressus fuisset ꝙuis dece-
ptus a propheta seniore. percussus et occisus fuit a
leone. vt dicitur tercio Regum decimotercio. Quidam
vero obediunt in malo. vt doceh ydumeus obediuit.

Sauli trucidādo sacerdotes. vt dicitur primo Re. xxij.
Et sicut serui Absolum obedierunt dn̄o suo Amon in
terficiendo vt dicitur secundo Regum. xiij. Quidam
vero sequuntur proprium iudicium et non iudicium sui
prelati innitentes proprio sensui. Exemplū. Sic
Cesarius scribit de quodam monacho cisterciēn. ordi-
nis cui egrotanti abbas suus precepit comedere carnes
Sed ille pertinax in suo sensu abbati precipienti nō ac
quieuit. Qui statim in rabiem versus in agrum cucur-
rit vbi canem mortuum inueniens. carnes eius crudas
et fetidas auidissime comedere cepit. Exemplum.

Item idem Cesarius scribit de quodam monacho
domus de hemrode dicti ordinis nomine Daniel q̄
licet sanite vite fuerit tamen quadam vice piscem sibi
ab abbate suo missum comedere recusauit sequenti ve-
ro nocte in choro dyabolum iuxta se vidit. et in confu
sionem ipsius eundē piscem manducare. Pro qua ino-
bedientia postea satisfecit. Exemplū. Item Gre:
in dialogo scribit q̄ cū quidam subdyaconus agapitus
nomine venisset ad monasterium beati benedicti et pa-
rum olei sibi dari petiuisset. beatus Benedictus hoc mo
dicum olei quod remāserat sibi dari precepit. Sed mo
nachus qui cellarium regebat hoc audiens non imple
uit. Quod cum idem sanctus comperit. iussit vt vas vi
treum in quo oleum erat per fenestrā eijcerent ne in cel-
lario aliquid per inobedientiam remaneret. Factūq̄
ē. Sed idem vas super saxa proiectum q̄uis vitreum
non fuit fractū nec oleum ab eo defluxit quod rursum
precepit petenti tribui monachūq̄ inobedientem corā
omnibus increpauit. Exemplū. Item legitur de
sancto Johanne patriarcha alexandrino qui elemosi-
narius fuit cognominatus q̄ quadam vice quidā oliz
diues sed depauperatus ei exposuit suam calamitatē:
Cui sanctus pater precepit dari quindecim libras auri

Dispensatores aũt secundũ sensum suũ hoc nimiũ esti mantes dederunt ei quinq3 libras auri. Deinde quedã vidua venit et sancto patri presentauit lrãm. in qua continebatur ꝙ ei daret quingẽtas libras auri. Tũc accersitis dispensatoribus que sunt ꝙ̃tum dedissent paupi qui dixerunt quindecim libras mentiendo. Cumq3 per inhabitantem in se spiritum cognouisset eos fuisse mentitos. accersita vidua quesiuit an solum quingẽtas libras dare proposuisset. Respondit. Ego manu mea scripsi quindecim centenaria sed inueni decem centenaria deleta. Tũc stupefacta intra me dixi. Utiq3 voluntas dei non est plus dare ꝙ̃ quinq3. Tunc patriarcha eos dure arguit. Ipsi vero indulgentiã petẽtes se nihil tale post modũ actoros promiserunt. Ex his omnib⁹ exemplis concluditur ꝙ nullus subditus debet contra suum prelatum proprio sensui inniti. vbi non est expresse contra voluntatem dei quod precipitur. Secũda rota obedientie est hylaritas. Nam hylariter est deo obediendum. Ideo prima ad Cor. ix. dicit̃ hylarẽ datorem diligit deus. Et Eccl. xxxv. dicitur. In omni dato hylarem fac vultũ tuum. De hoc etiam dicit. Bern. Serenitas in vultu. dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiã. Hec hylaritas voluntariũ facit vt homo dicat cum psalmista. Voluntarie sacrificabo tibi. Sic ad Romanos sexto dicitur. Obedistis ex corde in eam formam in qua traditi estis. Sine hac voluntaria hylaritate obedientia non placet. Unde Aug. dicit Ille munerũ repromissor in suo opere recusat coactu3 Et Greg. dicit. Non placent deo coacta seruitia. Item hec hylaritas omnem dilationem excludit. Vñ Bern: in meditationibus suis dicit. Perfectus obediens, moram nescit nec mandatũ procrastinat. parat aures auditui oculos visui: aures voci: man⁹ operi: pedes itineri: et sic totũ se colligit vt ex toto mãdatũ impleat ipantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Item ipsa ad omnia paratum facit. sicut homo dicat deo illud Augustini. Da quod iubes et iube qd᷒ vis. Ideo Bernardus in suis meditationibus dicit. Ver⁹ obediens suum velle dat et suum nolle. Sed quidam non hylariter nec alacriter sed quasi inuite et coacte obediunt. Et ideo frequenter murmurant similes noue rote que non est vncta et eundo strepitum et stridorem facit. Ideo Eccli. tricesimotercio. bene dicitur. Precordia fatui quasi rota carri. Ipsi namque intus murmurāt et ex habundantia cordis murmurant ore. Sic filii israhel murmurabant contra deum in deserto. De quibus dicit Augustinus. super Iohannem ꝙ de nulla re magis offendisse deum populus ille dictus est ꝙ̄ contra deum murmurando. Ideo ad Ephes. sexto dr̄. Omnia facite sine murmuratione. Exemplum.

De huiusmodi hylaritate vel alacritate obediendi. dr̄. Cesarius ꝙ in hemroede que est domus ordinis cistercien̄. cum conuersi pisa messuerant et pluuiam timerent dixerunt priori. Nisi totus conuentus exeat et pisa vertat peribunt. Cumque prior omnibus qui ire possent ad agrum ire preciperet. frater quidam simplex infirmus de infirmitorio exiens ex multo feruore obediencie ante oīs festinabat. Qui cū ad agrū venisset pisa in oculis eius mirum in modum per totum agrum se vertebant. Ipse vero humiliter deo gratias agens priori sibi occurrenti dixit pisa esse versa nec oportere quemꝙ̄ fatigari Item Seuerus in suo dyalogo scribit ꝙ̄ cum quidam in egypto vellet quoddam monasterium ingredi. abbas proposuit illi graues esse labores fratrum. suaque imperia importabilia. Ille vero nihil territus omnem patientiam et obedientiam promisit. Quod probare magister non distulit casu siquidem clibanus prope ardebat qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur. Hunc ergo magister ad-

uenam illum iubet intrare. Nec distulit ille parere pre-
cepto. sed medias flammas ingreditur. Que mox au-
daci fide victe cessere venienti. Et qui putabatur arsu-
rus velut quodam frigido rore perfusus permansit ille
sus. Exemplum. Gregorius etiam in suo dyalo
go dicit ꝙ cum quadaʒ vice beatus Benedictus in cel
la consisteret. placidus puer ad auriendam aquã egres
sus est. Qui vas quod tenuerat in aquam incaute sub-
mittens. Ipse quoqꝫ cadendo subsecutus est. Quem
mox vnda rapuit et pene in vnius sagitte iactum cum a
terra introrsuʒ traxit. Sed vir dei hoc agnoscẽs. maurũ
festine vocauit dicens. Frater maure curre. quia puer q̇
ad hauriendum aquam perrexit. in lacum cecidit cum
qꝫ longius vnda traxit. Benedictione itaqꝫ percepta.
ad patris sui imperium maurus concitus perrexit. atqꝫ
vsqꝫ ad locum quo ab vnda ducebatur. puer per terraʒ
se ire existimans super aqua cucurrit cũqꝫ per capillos
tenuit rapidoqꝫ cursu rediit. Qui mox vt terrã tetigit ad
se reuersus post tergum respexit. et quia super aquas cu
currisset agnouit. Quod vt vir dei Benedictus ipso re
ferente cognouit hoc obedientie illius deputauit. Pa-
tet igitur ꝙ bonum sit hylariter alacriter ac prompto
animo sine dilatione obedire. Tercia rota obedien
tie est humilitas. Nam humiliter est obediendum. De
hoc dicit Augustinus in libro de ciuitate dei. Obediẽ
tia nisi humilium esse non potest. Sic fuit de psalmista
qui de seipso dixit. Ut iumentum factus sum apud te.
Sic de saluatore nostro dicitur ad philipenses secũdo
Humiliauit semetipsum factus obediens. De huius-
modi humili obedientia dicit Bernardus. Supermis
sus est. Disce homo obedire disce terra subdi. disce pul
uis obtẽpare: De auctore tuo loquẽs euãgelista: et erat
inq̇t subditus illis haud dubiũ quin marie et ioseph
Et post pauca. Erubesce superbe cinis: deus se humiliat:

et tu te exaltas. deus se hominibus subdit. et tu domi-
nari hoibus gestiens: tuo te proponis auctori. Quoti
ens em̄ hominibus preesse desiderio. totiens deū meū
preire contendo: Deus inq̄ cui angeli subditi sunt. cui
principatus. et potestates obediunt subditus erat. Ma
rie. Si hominis o homo dedignaris exemplū imitari
certe non erit tibi indignū sequi auctorē tuū: Hec Ber.
Obediamus ergo humiliter ignoscentes nos non esse
dignos vt simus et appellemur serui dei. Juxta illud.
Luce. xvij. Cum feceritis oia que presepta sunt vobis
dicite serui inutiles sumus. Unde Samuel vocatus a
domino dixit. Loquere dn̄e quia audit seruus tuus.
vt dicif. i. Regū. iij. Ac si dixisset. Precipe tu tanq̄ do
minus et ego audiā obediendo tanq̄ seruus. Sed qui
dam propter superbiā cordis dedignantur humiliter
obedire. Qui vtiq̄ deberent attendere illud Deutro.
xvij. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis impe-
rio morietur. Jtez illud Deutro. xxi. Si genuerit homo
filium cōtumacē et proteruum qui non audiat patris
ac matris imperiū et penitus obedire contempserit la-
pidibus obruet eum populus. q̄ bonum sit humiliter
obedire patet ex hoc q̄ sancti magis elegerunt humili
ter subesse q̄ preesse magis volebant obtamperare q̄
precipere. discere q̄ docere: corrigi q̄ corrigere. Exē
plum. Et hoc satis pacet in illo sancto abbate qui
Pinnicius dicebatur qui vt ait, Johannes cassianus.
cum esset cuiusdam magni cenobij presbiter in egipto.
cunctis honorabilis. videns se propter hoc humilita-
tem non posse exercere nec habere quo virtutem deside
rate subiectionis impleret clam fugiens de cenobio.
solus in thebaydis vltimas partes secessit. Jbiq̄ sum
pta seculari veste monasteriū tabēnēsiotaꝝ expetijt qd̄
sciebat cūctis esse districtius et in quo credidit se facile
posse celari. Ubi diutissie ꝑseuerās ꝑ forib⁹ ciꝫ multo

despectu dilatus fuit. Dixerunt enim quod ipse decrepitus se
nex ingredi cenobium postularet eo tempore quo iam nec
suis voluptatibus deseruire valeret. ac ne hoc quidem
ipsum causa religionis expetere asserebant. sed famis et
inope necessitate constrictum. Tandem admissus fuit et ei
tanquam seni nulliqz operi apto orti cura mandatur. Quam sub
alio fratre iuniore qui cum sibi creditum tenebat exercens
sit ei subdebatur vt non solum ea que ad orti curam pertinebant
Verumetiam vniuersa officia que cunctis erant aspera vel
indigna tota quotidie sedulitate compleret. quod plura etiam
de nocte consurgens ita furtim efficiebat vt auctorem
operis nemo deprehenderet. Cunctis ibidem biennio deli
tescens dispersis vbique fratribus. per vniuersam egiptum
quereretur: a quodam tandem visus vix potuit pre vilitate
habitus ac officij humilitate quod gerebat agnosci. Nam
sarculo lexabat oleribus terram. deinde stercus humeris
suis aduectans eorum radicibus ingerebat hec intuens
frater ad pedes eius procidit et magnum stuporem cunctis
fratribus incussit. cum eius nomen quod apud ipsos quoque
magna fuerat opinione copertum prodiduiet. A quo
vniuersi fratres prioris ignorantie veniam postulantes
quod cum in tanto tempore inter iuniores ac paruulos depu
tassent inuitum ac flentem quod inuidia dyaboli digna sibi
fuisset conuersatione atque humilitate fraudatus: quam
diutissime requisitam tandem se inuenisse gaudebat. nec
meruisse vitam suam in illa quam arripuerat subiectione fi
nire. ad proprium cenobium reduxerunt. Exemplum:
Sic legitur de illo famoso doctore Alano quod. scilicet desi-
derio humilis subiectionis ydiotam laycum se simi-
lans in quodam monasterio sub habitu conuersi tandiu
diliituit quousque hereticis inualescentibus ipse deo dis
ponente deprehensus fuit et hereticos confutauit.

Quarta rota in curru obedientie est constantia siue
stabilitas. Si enim hec rota frangeretur aut deficeret. necesse

foret currũ obediẽtie cadere. Hanc stabilem obedientiã docuit saluator noster qui factus fuit obediẽs vsqȝ ad mortẽ. ad phil. ij. Sup qͦ dicit bernͥ. Memẽtote fres: xp̄s ne perderet obedientiam. perdit vitam. Unde ip̄e dixit. que placita sunt ei facio semp̄ Jo. viij. Et Bern. in quadã ep̄la dicit. Obedientie virtus sp̄ militat. Sed heu pauci sunt qui in p̄fecta obedientia p̄stabiliter permaneãt. Unde Bern. in quodã sermone dicit. q̄ pauci inueniunt in hac perfecte obedientie forma. qui suã ita abiecerunt voluntatẽ. vt non quicquid ipi sed quid dn̄s velit omni hora requirant dicẽtes sine intermissione cũ ap̄lo. Dn̄e quid me vis facere. hec Bern. Multi nancqȝ deo ad tẽpus obediunt. et mandata eius obseruant. sed ante finẽ deficiũt. Qui merito possunt timere ne maledictionẽ incurrant. iuxta illud psal. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Et iuxta illud Deut. xxij. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius nec ope eos perficit. Ad propositũ istud possũt applicari ea q̄ de p̄seuerantia dicta sunt i s̄mone xxiiij. De stabili obedientia. Seuerus in suo dyalogo tale ponit exemplũ. Exemplũ. Quidam venit ad abbatem cuiusdam monasterij in egypto vt reciperet Et cũ prima lex scȝ obediẽtia ei p̄poneret. et ille perpetem ad omnia polliceretur. casu abbas storacinã virgam iampridem aridam manu gerebat hanc solo fixit. atqȝ illi aduene id opis iponit vt tãdiu virgule aquaȝ iniguam ministraret. donec qͦ contra naturã erat solo arente lignũ aridum virescere. Subiectus aduena duro legis imperio. aquã proprijs humeris quotidie cõuehebat. que a nilo flumine per duo miliaria petebat Jamqȝ emenso anni spacio labor non cessabat operãtis: et de fructu operis spes esse non poterat sed tamen obedientie virtus in labore durabat. Sequens quoqȝ annus vanum laborem affecti fratris illudit. Tertio

demum succedentium tēporum labente curriculo. cum necq̧ nocte necq̧ die aquarius ille cessaret operator. virga floruit et productis ramis virentibus germinarat. cuius arbustula seruata fuit ibidem in testimonium quātum obediētia mereatur. Sit igitur obedientia constans vsq̧ ad mortem. Exemplum. Legitur enim de capriolo quod. cum mater eum ducit ad pascua cum pede tangit eum et signat ei locū pascue in quo loco et circa eum pascitur nec inde recedit. Et si venatores veniant locum suum nō desarit sed se capi permittit. dās nobis exemplū vt obediantes simus vsq̧ ad mortem

Exemplū. Legitur in libro de illustribus viris ordinis cisterciē. ꝙ cum quadam vice beatus Bernardus fratrē infirmum visitaret post completorium et videret eum morti vicinū precepit ei dicens. Ut bene sit tibi et eternaliter viuas in terra viuentiū ad quā ingrediens possidendam. In nomine domini nostri Iesu christi tibi precipio quatinus vsq̧ ad horam diuini officij expectes nos. Quod cū eger facere annueret. pater. sanctus abijt in dormitorium. Mox vero vt signū ad vigilias pulsari cepit. pulsata ē etiā tabula et eger decessit. Nos igit prudenter hylariter humiliter et constāter obediētes simus dicentes illud. Hier. xlij. Voci dn̄i dei. nostri obediemus vt bene sit nobis. scꝫ. in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Prestante domino nr̄o Iesu christo qui est cum patre et spiritu sancto super benedictus in secula. Amen.

Sermo vicesimusseptimus.

P Anem nostrum quotidianū da nobis hodie. Hec est quarta principalis petitio dn̄ice orōnis Pro quo notādū ē ꝙ lꝫ pr̄ noster celestis solē suū oriri faciat sup iustos et iniustos. et pascat bonos et malos et

oībus sua necessaria mira largitate tribuat. tñ pro neces
sarijs nostris etiam que dare vult nos petere docuit. et
dicere panem nostrum . etcetera. Et notanter dicitur ho
die vt quotidie petamus ea quibus quotidie indige-
mus. Et ne nimia sollicitudine tēporalia queramus.
ideo docemur dicere hodie. quasi de crastino non de-
beamus nimis esse solliciti. cū nesciamus vtrū cras vi
cturi simus. aut quid crastina dies sit paritura. Sufficit
enī diei malicia sua. Et ē notandū ꝙ in ꝓposito noīe
panis. intelliguntur omnia necessaria vite vt dicit Cri-
sostomus in expositione predictoꝝ verboꝝ. Et secūdū
Augustinū in epl'a ad probam noīe panis intelligunt
necessaria ad victū et vestitum. de quibus dicit Apo.
prima ad Thimo. vltīo. Habentes alimenta et quib⁹
tegamur hijs cōtenti sumus. Verū est tamen ꝙ specia
liter nomine panis omnis cibus nutritiuus hominis
in proposito potest accipi. Nam talis modus loquēdi
fuit olim satis vsitatus. vnde Dauid dixit. Miphibo-
seth. Comedes panem in mensa mea semp. ij. Regum
ix. ca. et sic de alijs. Vt igitur perfecte cognoscam⁹ q̇s
sit iste panis quotidianus quem omni die petere debe
mus. Notandum est ꝙ quadruplex est panis q̄tuȝ ad
propositum sufficit. videlicet nature. doctrine gratie. et
glorie. De isto quadruplici pane est sigillatim dicē-
dum et primo de pane nature. Panis igitur nature est
cibus corporalis quo homo corporaliter nutritur. De
quo psal. dicit Non vidi iustū derelictuȝ nec semen ei⁹
querens panem. Et Ezechi. iiij. dicitur. Conteram ba
culū panis in Hierusalem et comedent panem in pon
dere et sollicitudine. De hoc pane nature quatuor sunt
consideranda. videlicet quia est cū labore acquirēdus
cum moderamine sumendus. cum gratiarum actione
percipiendus. et cum charitate destribuendus. Primo
dico ꝙ panis nature siue cibus corporalis est cum la-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

bore acquirendus. Unde Ade tam pro se q̄ pro toto semine suo dictum fuit a dn̄o. In sudore vultus tui vescens pane tuo: donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. quia terra es et in terrā ibis. vt dicit Genesis. iij. ac si dixisset dn̄s. Quia in statu innocentie in quo te creaui non remansisti. non manebis in terra quietis in qua te posui. et vbi absq₃ labore graui vixisses: Sed quia transgrediendo precepta mea peccasti. ideo eiectus de terra quietis: in terram laboris cibum tuū cum labore conquires. Hinc ē q̄ homo angelis cōparatus. et ipsis quodāmodo similis effectus postq̄ peccauit vt iumentum sc₃ quod laborē quotidianū constringitur est reputatus. Ideo psal. dixit. Ut iumentū factus sum apud te Item homo cum in honore esset non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus. et similis factus ē illis Qui hunc panem fideliter acquirūt et pro ipso laborāt quatenus deo sincero corde seruiant. etiam felices sunt apud deo. Unde psal. dicit. Labores manuū tuarum quia mādiucabis beatus es sc₃ in presenti. et bene tibi erit sc₃ in futuro. q₂ per fidelem laborē ad requiē eternā perueniturr iuxta illud Apoc. xiiij. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Exemplū De hoc dicit Cesarius q̄ in quodam monasterio ordinis cisterciēsis noīe Arusberch erat q̄dā scriptor Ricardus noīe anglicus natione qui multos libros spe celestis mercedis ibidem scripsit. Huius tumba post mortem cum fuisset. xx. annis mortuus aperta fuit et dextra eius sic integra ac viuida reperta ac si fuisset recenter de corpore abscisa. cum tamen residuū corporis fuisset penitus incinerē redactū Est aūt triplex labor pro quo requies dabitur in regno celorum. Primus est bonus sc₃ labor fidelis pro sustentatione vite. Secundus est melior sc₃ in exercitio virtutū. Tertius est optimus sc₃ pro communi bono ecclesie vel christianitatis aut etiā pro gloria dei. Ideo in hac valle laboriosa debet quili

no. exemplum

Triplex labor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

bet laborare quatenus dignus sit pane suo. vñ Apost. satis solliciti ad hunc laborem hortabat verbo et exē-plo. ipse nancꝫ ait. i. ad Thessal. iiij. Operamini manibus vestris sicut precipim⁹ vobis. Itē. ij. ad Thessal. .iij. Ipsi scitis queādmodū oporteat imitari vos qm̄ non inquieti fuimus inter vos. necꝫ gratis panem mā-ducauimus ab aliquo. sed in labore et fatigatione nocte et die operantes ne quem vestruꝫ grauaremus. Se-quitur post. Nam cum essemus apud vos hoc denun-ciabamus vobis. quoniā si quis non vult operari nec manducet. Item apostolus dixit ephesijs. Argentum et aurum et vestē nullus cōcupiui ipsi scitis. Quoniaꝫ ad ea que mihi opus erāt et hijs qui mecum sunt mini-strauerunt manus iste. vt dicit Act. xx. Unde de forti muliere bene dicit. Prouer. vltimo. Panem ociosa nō comedit. Item De fructu manuum suarum plantauit vineam. id est edificauit seu ornauit ecclesiam. Iteꝫ date ei de fructu manuū suarum et laudent eam in portis opera eius. Hinc est ꝙ ociositas multum est fugienda. quia ociosus gratis ymo verius male ac iniuste come-dit panem suum. Et quod alij laboriose conquirunt. hoc ipse ociose consumit. Exemplū. De hoc in li-bro de apibus tale ponitur exemplum. Erat quidam iuuenis qui piorum fratrū suorum labore manuū vi-uebat. ipse vero segnis ocio vacabat et tedio. Et factuꝫ est animaduersione diuina vt eo cum patre et fratribus ad mensam sedente. cibi vt ei soli videbatur verterentur in angues. sapore tamen rerum deterrentium non mu-tato. Hoc cum aliquot dies continuaretur tandem mutato vite proposito liberatus fuit Exemplum Ce-sarius etiam scribit ꝙ quidam monachus ordinis ci-sterciensis cum esset infirmus et moriturus. rogabatur ab illo qui ei seruierat vt infra. xxx. dies post mortem ei

Ociositas fugienda

appareret. Et respondit q sic faceret si ei concessum foret Tricesima die post mortem eius apparuit alteri oranti dicens. Ecce hic sum sicut promisi tibi. Erat a cingulo sursum tam veste q corpore vt videbatur clarus valde crura vero eius vlcerosa et quasi carbo nigerrima. Req̄situs de statu suo ait. Tormenta que in crunibus sustinui nulla lingua posset exprimere. eo q frequēter de labore mansi nulla certa necessitate me cogēte. rogo ergo vt pro me oretur. quia spero me cito fore liberandum. Et cum liberatus fuero iterum tibi in hoc loco apparebo. Quod et factum fuit. Secūdo principaliter dico q panis nature siue corporalis est cū moderamine sumendus. vt scꝫ discretio assit ne per defectū homo sucūbat. aut per superfluitatem ad mala prouocat. Debet eñ sumi vt natura sustentetur non vt ad peccatum prouocetur. Indiget quidē corpus naturali nutrimento qꝛ secūdū phos quotidie defluit et aliquid sui deperdit propter actionē mutuaꝫ primarū qualitatū in corpore Sed per moderatum nutrimentū illud deperditum restauratur et natura reformat. nec requirit natura superfluitatem cum modicis sit contēta. Dicit eñ Boetius scdo de cōsolatione phie psa. v. Paucis minimisq natura contenta est. Cuius sacietatem si superfluis vrgere velis aut iniocundū quod infuderis fiet aut noxium: Hec ille. Unde quando superfluitas adest. natura grauabit. mali humores generabunt. infirmitates crescēt et qd̄ grauius est aīe vires obtundent et debilitabunt et qd̄ grauissimū est aīa faciliter ad diuersa peccata corruet. Quod satis potuit in Balthasar rege babiloīs. q̄ in conuiuio suo deo cōtumeliā fecit. vasa sancta ꝓphanauit. et deos suos laudauit. Quaꝓpter eadem nocte interfectus fuit vt dicitur Daniel. v. Etiam de Herode antipa legit q in cōuiuio temere iurauit. et Johanneꝫ

baptistam decollari fecit vt dicitur Mar. vi. Sic etiam dicitur Exodi. xxxij. Et allegatur ab Apostolo. i. Cor. x. Sedit populus comedere et bibere et surrexerunt ludere id est ydolatriam cõmittere. Ecce quod excessus cibi et potus prouocauit filios israhel ad maximũ peccatum Nam Moyses dixit Aaron fratri suo. Quid tibi fecit hic populus vt induceres super eos peccatum maximũ Exodi. xxxij. Quot aũt excessus cibi sit causa malorum patet per metristã qui dixit Vestis culta cibus largus. iocus ocia somnus. Eneruant animos luxuriãque fouent. Inter que cibus largus plus ceteris operatur Quo contra per eundem dicitur. Pauper mensa. labor. somnus breuis. aspera vestis. Purificant aĩam luxuriamque domãt. Exemplũ. de excessu in cibo et guloso desiderio Cesarius ponit hoc exemplũ quod in domo ordinis cisterciensis que hemroede dicitur erat quidam sacerdos ad ordinẽ receptus karolus noĩe. Hic instinctu dyaboli vt gule satisfaceret et carnes comederet infirmitates sepe simulauit. pede claudicauit. et lecto decubuit. De quo visum est cuidã sancto monacho ibidem quod dyabolus sequebatur eũ claudicans. Et quando coquinã inspexit sollicitus de cibo dyabolus similiter inspexit et sic in gestibus suis se illi conformauit tandem tamen ante professionem reuersus fuit ad ollas egypti Hinc est quod ordo carthusieñ. ad vitandum superfluitates ciborũ et ad precauendũ huiusmoĩ simulationes esum carnium omnibus scilicet tam infirmis quam sanis interdicit Quam laudabilem cõsuetudinẽ carnales et gulosi vituperant reprobãt et impiã dicere non formidant odientes hoc fieri ab alijs quod ipsi facere non possũnt vel nolunt Contra quos magister Johannes cãcellarius parisiẽsis magister in teologia quẽdã tractatũ composuit qui incipit Egregio viro etc. Similiter magister Arnoldus de villa noua elegantẽ tractatum edidit. quem etiã

Versus pro sobrietate

pro carthusiensibus allegat Johannes Andree in sua novella. Quantū autē carentia carnium deo placeat. ostensum fuit in quodā pulcerrimo miraculo prout scribitur in libello de ortu et de cursu carthusiēsis ordinis. Nam quidā epi et alij prelati venerunt inuisere carthusiam ante quinquagesimā. Visitantes igitur fratres et inuenientes multos debiles et infirmos. carentie carnium hoc asscribebant rogantes priorem vt hoc presentiam ipsorū infirmis carnes darentur. Quod cū prior rennueret. rogabant priorem vt saltem pro eis carnes afferrentur. sperantes ꝙ allatis carnibus prior deberet eis assentire ꝙ infirmi comederent eas. Consentiente igitur priore. allate sunt diuerse species carniū de gratianopoli. Apertis igitur sarcinis quibus carnes fuerant imposite. reperte fuerūt ille carnes in veros et optimos pisces cōmutate. colore odore. et sapore. Quo viso exhylaratus prior dixit. Videtis clare reuerendi dn̄i ꝙ dominus non vult nos carnibus vti. Stupent dn̄i. et de licentia prioris toti conuentui ex eisdem piscibus ministratur. Et ecce miraculum miraculo succedit. quia quotquot infirmi et debiles inde vescebantur fuerunt sanati. Tertio principaliter dico ꝙ panis nature vel corporalis est cum gratiarum actione percipiendus q̄a est donum dei qui non solū animam sed et corpus procurat. et ei de necessarijs prouidet. Quod est cōtra quosdam hereticos qui asserebant deum corpora nō fecisse. Si em̄ corpora non fecisset. ea non conseruaret nec nutriret nec protegeret. et per consequēs illa que de terra germinant et in arboribus crescunt ad sustentamentuꝫ corporis. non essent a deo nec christus haberet verū corpꝰ humanū. nec deberet sequi aliqua corporuꝫ resurrectio aut glorificatio. Istaꝫ gratiarū actionē docuit dn̄s qui anteꝙ̄ cibaret populum gratias. egit. Unde Jo. vi. dr̄ Accepit ergo Jhesus panes. et cum gratias egisset. di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

stribuit discumbentibus. Item post cibū consueuit grās agere quia Mat. xxvi. et Mar. xiiij dr̄ ꝙ hymno dicto exierūt in montem oliuarū. Qđ creditur ei consuetudinarium fuisse. Ex hoc venit in consuetudinē ut cibus priusq̄ a nobis sumatur benedicatur. et cum sumptus fuerit. deo gratiarū actio reddatur. Ideo bene dicitur. i. ad Corinthi. x. Siue manducatis siue bibitis omia in gloriam deo facite. Siue igitur benedicamus ante sumptionem siue gratias agamus post sumptionē semper deus glorificatur. Ualet etiā benedictio ciborū vel gratiarū actio contra dyabolū ne in sumendo cibū vel postq̄ sūptus fuerit cadat homo in pctā aut dyabolus in eo aliquā potestatē recipiat Exemplum De hoc Gregorius in dyalogo tale ponit exemplū Quedā dei famula ex monasterio virginū quod erat sub cura equitij viri dei in valerie partib⁹ ortū ingressa est que lactucam conspiciens eam cōcupiuit. eāq̄ signo crucis benedicere oblita auide momordit sed arrepta a dyabolo ꝓtinus cecidit. Cūq̄ vexaret̄ eidem patri equitio sub celeritate nunciatum est vt veniret cōcitus et orando succurreret. Mox vt ortū idem pater ingressus est. cepit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hāc arripuerat dyabolus clamare dicens. Ego quid feci ego. quid feci. sedebam super lactucam. venit illa et momordit me Cui cum graui indignatione vir dei precepit vt abcederet et locum in omnipotentis famula non haberet. Qui protinus abscessit nec eam contingere vltra preualuit.

¶ Quarto principaliter dico ꝙ panis nature siue corporalis est liberaliter distribuēdus. Est eñ tanq̄ semē seminatum in agrum id est in pauperes. quod ortū facit fructum multiplicē. De hac distributione panis corporalis dicit̄ ysa. lviij. Frange esurienti panem tuū: et egenos vagosq̄ induc in domum tuam. Cum videns

nudum operi eum. et carnem tuã ne despexeris. Et sub ditur fructus. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum et sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iu sticia tua et gloria dñi colliget te. Tūc inuocabis et dñs exaudiet. clamabis et dicet ecce assum. Et post pauca Cum effuderis esurienti animã tuam et aiam afflictaȝ repleueris. orietꝛ in tenebris lux tua. et tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs deus tuus semper. Et implebit splendoribus animam tuam: Hec ibi. Ecce ꝙ multiplex fructus sequitur et crescit ex pane pauperibus distributo. De hoc etiā diciꝛ Tho. iiij. Ex substantia tua fac elemosinam. et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Jta eñ fiet vt nec auerta tur a te facies dñi: quō potueris ita esto misericors. Si multū tibi fuerit abundanter tribue: et si exiguuȝ fuerit: etiam exiguū libēter impartiri stude. Primū eñ bonū thesaurisas tibi in tēpore necessitatis. Jteȝ ibidem Pa nem tuū cum esuriētibus et egenis comede. Et psal. di cit qđ et apostolus assumit. ij. ad Corint. ix Dispersit dedit pauperibus. Et Job. xxxi. dicitur. Si negaui qđ volebāt pauperibus. et oculos vidue expectare feci. si comedi buccellam meaȝ solus et nō comedit pupillus ex ea. Jō Eccēs. xi. diciꝛ. Mitte panē tuū super transeū tes aquas. et post multa tempora inuenies illū. Ubi p trāseuntes aquas intelligunꝛ paupes q̃ mltas fluctua tiōes et mot⁹ sustinēt in sua paupertate. Sup has aq̄s debet mitti panis. i. cis debet dari. Et talis panis post multa tēpora inueniet. qꝛ merces ꝓ eo reddeꝛ in die iu dicij qñ dñs dicet. Uenite bñdicti pr̄is mei. etc̃. Esuri ui eñ et dedisti mihi mãducare. etc̃. Mat. xxv. Uñ fre quēter ꝯpertū est ꝙ etiā dñs in hac vita cētupluȝ reddi dit qꝛ dātes elemosinas paupib⁹ tēpore famis interdū horrea seu gnaria sua q̃ iā vacuata erāt repierūt repleta

no. sing. exemp.

Exemplum Legitur enim etiam in cronicis imperatorũ q Tyberius secundus xpianissimus imperator qui imperauit anno quingentisimo .lxxx. largissime dedit elemosinas. intantum q etiam imperatrix ipsum reprehẽdit sup hoc et arguit. Cui ipse dulciter respõdit q nõ deberet turbari quia dñs abundanter deberet prouidere Quod et fecit. Nam quadam vice ambulans in palacio suo qd pauimentatũ fuit lapidibus diuersimode artificialiter sculptis. Uidit inter alios vnum cui signum crucis fuit insculptũ: Et stãs dixit hec vel similia verba Ecce signum crucis quod pingimus in frontibus nostris positum est hic vt pedibus conculcetur. Et precepit statim illum lapidem erui. Sub quo inuenit alium lapidẽ. et sub illo terciũ cum simili signo. Et cum omñs tres lapides essent eruti et ammoti. inuenit plus q̃ mille centenaria auri. Et postea in alio loco inuenit etiam thesaurum maximũ: Exemplum. Legitur etiam de Johanne elemosinario qui fuit patriarcha alexãdrinus q quadam vice audiebat pie cõtendere cum dño nostro. Nam dñs increpauit eum de nimia distributione bonorum ecclesie in pauperes. Et ipse respondit. O domine quare mihi tribuis ista bona. Respondit dñs Quanto plus dederis et distribueris: tanto plus tibi dabo. Et ait ille: Bene domine. Tu dabis mihi et ego destribuam vlterius. videamus quis nostrũ prius fatigetur et cesset. Per oppositũ vero qui panem indigentibus non tribuunt tam in presenti q̃ in futuro deficient In presenti nanq3 dominus detrahet eis manum et bona que alias daturus asset non dabit: Exemplum. De hoc Cesarius tale ponit exemplum. Abbas quidã nigri ordinis hospitalis erat valde largus in paupes et bñdixit dñs domui ei9 et abũdauit. Cui successit quidã tenax: qui beneficia paupez minorauit Contigit igitur vt subtracta pietate erga pauperes dñs

etiam manum suaȝ subtraheret. et domus peruenit ad magnam inopiã breui tẽpore. Die igiť quadam venit quidam venerãde caniciei ad portariũ petens hospitiũ Quo vix suscepto dixit portarius. Nõ te scandalizet bone vir ꝙ tam negligenter te procuro. quia necessitas in causa est. Vidi statim huius monasterij ꝙ si venisset epũs cum magno comitatu benesusceptus et tractatus fuisset. Respondit ille. Duo fratres sunt quorũ vno expulso alter secutus ē. videlȝ. Date et dabiť vobis Quo dicto statim disparuit. Portarius autem cum esset laycus. abbati et fratribus audita narrauit et vocabula expressit. At illi hospitalitate resũpta iterũ profecerũt In futuro etiam dñs ei manus subtrahet. quod satis patuit in diuite epulone cui gutta aque fuit denegata. vt dicitur Lu. xvi. Debemus ergo panem corporalẽ quatenus dñs nobis mercedem non solum in presenti sed in futuro retribuat. Qui ē benedictus in secula. Amen

no. dim. sing.

Sermo vicesimusoctauus.

p Ostꝙ dictuȝ est de pane naturali. siue materiali dicendum est nũc de pane doctrinali qui est verbum dei. quem scȝ panẽ quotidie debemus petere vt per ipsum anima nostra nutriri et viuere valeat. Iste panis tanto nobilior et magis sollicite querendus est ꝙ panis corporalis. quanto nobilior est anima ꝙ corpus. Ad hunc panẽȝ vocat nos diuina sapientia dicẽs venite comedite panẽ meum. Prouerbiorũ. ix. Et licet omnes homines ad hunc panẽȝ sunt vocati. soli tamẽ humiles inde perfecte nutriuntur et satiantur. Cui enĩ mundus cum suis pompis et delicijs sapit. illi verbuȝ dei minus sapit habent nanq̃ palatum cordis infectũ Ideo psal. bene dicit. Edent pauperes et saturabuntur

panis doctrinalis verbum dei.

humiles de verbo satiantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Cui sub alijs verbis simile dicitur. Math. xi. Pauperes euangelizant id est docetur. Et in persona cristi dicitur ysa. lxi. Spūs domini super me͛ ppter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me. Quod etiā dn̄s legit in synagoga nazareth ex libro ysaie sibi presentato vt dicit Lu. iiij. Sic illi pauperes erāt refecti id est docti et scientia pleni. de quibus Jacob᷒. ij. dicit. Nōne deelegit pauperes in hoc mundo diuites autem in fide.

vtilitas verbi dei 4[illegible] Ut igitur hunc panē ardenter esuriamus et diligenter petamus. debemus attendere quatuor vtilitates in hoc pane vel cibo doctrinali. Prima ē q doctrina vl' verbū dei est cibus vitalis. Naz solet viuificare animā in peccatis mortuā. et conseruare aīam in gratia viuentem. Primū patet. quia peccator frequenter audiēs verbū dei mouet ad contritionē et emendationem suoruz peccatorū. Tangit enī verbo dei intrinsecus et cōsciencia suscitat reprehendere et accusare ipsum. et sic cōcipit propositū emendandi peccata cōmissa. et abstinēdi deinceps a peccatis. Et cū aīa dolet atq3 cōpungitur interius. tunc sanat ymo viuificatur. Unde Ezechi. xxxiij. dicitur. Cum auerterit se impius ab impietate sua etc. Ipse aīam suam viuificabit. Quod aūt hoc fiat per verbum dei patet per illud psal. Misit verbū suū et sanauit eos et eripuit eos de interitionib᷒ eorz. Jō et alibi dicit psal. Eloquiū tuū viuificauit me. Hoc insinuat. Ecci. xxix. vbi dicit: Inicium vite hominis panis et aqua: Panis sc3 doctrine vel verbi dei. et aqua sapiencie salutaris. Secūdū patet qr iustus homo qui iam per gratiaz viuit per verbū dei cōfortatur et in vita conseruat. Un̄ ad Gal'. iij. et ad Hebre. x. dicitur. Justus ex fide viuit. Sed scdm Apostolū ad Ro. x. Fides ex auditu. Auditus aūt per verbū dei. Et quia verbū dei aīam viuificat et in vita conseruat. Ideo dicit panis vite seu panis viuus. Hinc petrus dixit. Dn̄e ad quē ibimus ver

ba vite eterne habes. Jo. vi. Quod consonat illi dicto euangelico. Verba que ego locutus sum vobis spirit⁹ et vita sunt. Jo. vi. et ad hebreos. iiij. dicit. Viuus est sermo dei. Bene ergo dicit Deutro. viij. et Math. iiij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Ac si dicat q sicut corporaliter viuit pane corporali. sic spũaliter viuit pane spũali qui ẽ verbũ dei. Nec mirũ si verba dei habeant virtutẽ vitalem et viuificantẽ cum procedant ab ipso deo qui est vita perfectissima in se. et fons vite quo ad creaturas:

2 ¶ Secũda vtilitas verbi dei est q confortat hominez sicut panis Vñ de ipso potest dici illud psalmiste. vt panis cor hominis confirmet. Cõfortat eñi tristes ne desperent tẽptatos ne succumbant. et bene operãtes ne deficiant. Et hoc est ad similitudinem panis corporalis. Nam infirmi mouent comedere vt confortent. et leui⁹ sustineant. pugnaturi temperate reficiuntur vt fortiter pugnent et vincant. ambulantes frequenter comedunt vt transeant et viam suã facilius peragãt. Jdeo. psal. dicit. Verbo dñi celi firmati sunt. Jtem cõfirma me in verbis tuis. Unde de sapiente qui verbo dei plenus ẽ dicit Prouer. xxiiij. vir sapiens fortis est. et vir doctus robustus et validus. Nec mirum qm̃ omniũ potentior est sapientia. Sap. x. Dico igit q a similitudinẽ panis corporalis verbum dei cõfortat tristes. eos consolãdo ne desperent. Unde psal. dicit. Jn verbum tuum super speraui. Jtem. Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea. Et prima ad Thessal. iiij. Jtaq consolamini inuicem in verbis istis. Jtem confortat temptatos et impugnatos ne vincantur: sed vincant. Sapientia eñi vincit maliciã sc3 mediãte verbo dei vt dr Sapie. vij. Jtẽ verbũ dei ẽ gladi⁹ spũs. vt dicit ad Ephe. vltio:

Tristes
Temptatos
bn̄ operantes
verbo dei
[illegible]

Paul.

Et ad hebre.iiij.dicitur ꝙ sermo dei est efficax et pene-
trabilior omni gladio ancipiti: Idcirco apostoli
et doctores per verbum dei vicerunt et subiugauerunt
fere totum mundū. Ipsi em̄ per fidem vicerunt regna.
Ad hebre.xi. Per fidez scꝫ quā per verbū dei docuerūt
Hunc gladiū verbi dei habuit beatus Johānes bapti
sta.iu cuius persona dicitur Ysa.xlix. Posuit os meuꝫ
vt gladiū acutum. Sic confortati fuerunt apostoli qui-
bus dominus dixit. Ego dabo vobis os id ē verbum
et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere
oīs aduersarij vestri Lu.xxi. Et de beato Stephano
dicit Actuuꝫ.vi: ꝙ disputantes cū Stephano non po
terant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Iteꝫ
verbū dei confortat bene oꝑantes. De hoc dicit Greg:
in moralibus. Panis sacra scriptura non inconuenien
ter accipit que mentē reficit.eiqꝫ boni operis vires pre-
bet. Idcirco ad hunc sensum cōueniēter exponi potest
illud. Gen̄.xviij. Ponam buccellam panis.et confor-
tate cor vestrum postea trāsibitis. Sed quicunqꝫ hunc
panem verbi dei negligit accipere absqꝫ dubio debilita
bit in vires aīe et deficiet. Iō psal.in ꝑsona talis hoīs
dicit. Percussus sum vt fenum et aruit cor meū ecce.de-
fectū. Et subdit causa illius cū dicit: quia oblitus sum
comedere panem meum. Tertia vtilitas verbi dei 3
est ꝙ illuminat intellectū. In signuꝫ huius dicit Luce
vlti.de duobus discipulis. Cognouerunt eum in fra-
ctione panis.et bene dicitur iu fractiōe panis.quia ver
bum dei sine doctrina quando frangitur tunc bene sa-
pit et illuminat intellectum. Frangitur autem quando
sacra scriptura exponitur et declarat et q̄ clausa latebant
reserantur. Sic Aug⁹.dicit de quinqꝫ panibus quibus
dominus quinqꝫ milia hominum satiauit. ꝙ quando
integri portabantur nemo fuit inde nutritus vel satia-
tus. Sed quando dominus eos fregit: et quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

eo iubente apponebant. tunc sapiebant nutriebant sa-
tiabant. crescebant etiam et valde multiplicabantur.
Sicut dicit Augustinus de quinque libris moysi quos
iudei puerili sensu portant et tractāt sed clausa sunt eis
misteria. quia panes integros portant. Cum vero fran
guntur id est mistice intelliguntur et exponuntur mirabili-
ter multiplicantur et reficiūt. Ideo Prouer. ix. bene dicit
Panis abscōditus .i. doctrina mistica vl' spūalis latēs
sub doctrina literali suauior est. Et Prouer. xx. dicitur:
Aperi oculos tuos .i. applica intelectū tuum ad intelli
gendū et saturare panibus id est verbis dei et documē
tis spiritualibus. De huiusmodi illuminatione verbi
dei dicit psal. Declaratio sermonū tuorū illuminat. et
intellectum dat paruulis id ē humilibus vel abiectis
in hoc seculo. quia tales habent intellectū magis depu
ratum et minus obscuratū tenebris mundi. Item dicit
psal. Lucerna pedibus meis verbū tuum: et lumen se-
mitis meis. Et bene verbum dei appellatur lumen qr
lumini corporali multū assimilatur. Unde lumen cor
porale illuminat aerem. verbū dei illuminat animam
Lumen corporale facit oculos corporales clare videre
et verbum dei oculos spirituales. Lumē corporale de
lectabile est nature corporali. et verbū dei spiritui. Lu-
men corporale quod potissimū est apud nos a sole p-
cedit: et verbū dei a deo. Lumen corporale fugat tene-
bras exteriores et verbū dei tenebras interiores. id est
errores. Lumen corporale alleuiat morbos. et verbū
dei expellit peccata. Lumen corporale illuminat mul-
tos tam bene sicut paucos. et verbum dei instruit omēs
audientes. Lumen corporale debilibus oculis est gra
ue. et verbum dei malis ac peruersis hominibus. Lu-
men corporale non inquinatur sordibus quas tangit
et verbum dei non polluitur vicijs malorum hominū
Petamus igitur hunc panem. ymo multiplices pa-

verbū dei lumen app.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

nes doctrine vel verbi dei. Et dicamus dño Amice cõ
moda mihi tres panes. Lu. xi. Verbum em̄ dñi nutrit
tres vires aie. Nutrit nanq̨ vim rationalez eo ꝙ osten
dit discretionem boni et mali. et ad quem finez vtrũq̨
perducat. Nutrit vim concupiscibilem eo ꝙ trahit ad
bonum virtutis. et finaliter ad gloriã. Nutrit vim irasci
bilem quia retrahit a malo et horrore facit damnatio-
nem Et hos panes debemus libenter impartiri fratri-
bus nostris vt inde nutriant̄. q̄a distributi crescũt. Sed
heu Treñ. vlti. lamentabiliter dicit̄. Paruuli p̄etierunt
panem et non erat qui frangeret eis Quarta vtilitas
verbi dei est ꝙ mouet hominem ad charitatem. Inflã
mat em̄ affectum quē reficiat Ideo psal. dicit. Eloquiũ
dñi inflammauit eũ. Et hoc senserunt illi duo discipuli
cũ quibus dñs ambulabat post resurrectionē suaz. Nã
dicebant. Nonne cor nostrũ ardēs erat in nobis dũ lo
queretur nobis in via. ac si dixissent: Nos sensimus in
cordibus nostris. quendã ardorem ex verbis eius. Jō
psal. dicit. Ignitum eloquiũ tuum vehementer. Et do
minus per prophetã dicit. Nunquid nõ verba mea sũt
quasi ignis et quasi malleus cõterēs petrã Hiere. xxiij
Hinc ē ꝙ verba dei dicunt̄ liquefacere iuxta illud psal.
Emittet verbũ suum et liquefaciet ea. Et sponsa dicit
Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus ē Cãti.
quito. Hoc apparuit satis in apostolis qui audientes
breue verbũ diuine vocationis statim relictis omnib⁹
secuti fuerunt eum. Senserunt em̄ mediãte verbo eius
actiuitatē quandam diuine virtutis in cordibus suis:
qua immutati et quodãmodo inflammati fuerũt. Ta
lis est ignis charitatis de quo dicit̄ Leuitici. vi. Ignis
in altari meo semp̄ ardebit quē nutriet sacerdos subij-
ciens ligna mane per singulos dies. Sacerdos subij-
cit ligna ad nutrimentum ignis quando quis per ver-
bum dei inflammat corda audientium. Sic eniz sancti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

doctores dicuntur habere ignita verba. Unde Grego super Ezechielem dicit. Recte verba predicatorum scintille appellate sunt. quia eos quos in corde tetigerint accendunt. Sic de Helya. dicit. Eccl. xlviij. Surrexit Helyas propheta quasi ignis et verbum illius quasi facula ardebat. Exemplum. Unde de sancto Basilio epo legit quod quidam sanctus heremita Effrem noie cum venisset ad sanctum Basilium vidit linguam igneam per os eius loquentem et ait. Uere magnus Basilius. vere spiritussanctus loquitur per os eius. In signum huius spiritussanctus venit in linguis igneis i discipulos dni quatinus intus ardere et foris ardentia verba loqui faceret. Ut igitur aia nostra perdictum panem verbi dei refecta predictas quatuor utilitates consequatur. debemus diligenter attendere dulcedinem huius panis vel cibi quam utique psal. gustauit qui dixit. quod dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ideo debemus ipsum petere et querere et sumere scz libenter audiendo verbuz dei. quod utile vero sit audire verbum dei. patet ex hoc quia facit hominem esse filium dei. aut saltem significat eum esse filium dei. Ideo Jo. viij. dicitur. Qui est ex deo verba dei audit. Propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Cui simile dicitur i. Johannis. iiij. videlicet. Qui nouit deum audit nos qui non est ex deo non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris. Sic Paulus et Barnabas dixerunt iudeis vobis oportebat primum loqui verbum dei. sed quia reppulistis illud et indignos iudicastis vos eterne vite ecce conuertimur ad gentes. Et sequitur post pauca. Audientes autem gentes gauise sunt et glorificauerunt verbum: et crediderunt quotquot preordinati erant ad vitam eternam: quod maluz vero sit nolle audire verbum dei patet per hoc exemplum.

Exempl. de rustico.

Exemplum. Narrat Jacobus de vitriaco quod erat quidam rusticus qui numquam volebat audire verbum dei Qui cum esset mortuus et ad ecclesiam delatus. sacerdos et alij clerici officium funerale legendo et cantando facerent. ymago crucifixi cepit obturare aures suas manibus a cruce separatis. Quod cum omnes circumstantes aspicerent et mirarentur. ait sacerdos ad populum: vos scitis quod iste numquam voluit audire verbum dei. et ideo est modo in manu dyaboli. propter quod deus obturat aures suas ne audiat preces quas pro eo fundimus.

Secundo dico quod verbum dei auditum est memorie commendandum et diligenter seruandum ac frequenter ruminandum quia tunc sapit. mouet et immutat. Unde Lu. xi. dicitur. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud Et Job. v. dicitur. Auditum mente pertracta. Item Job xxiij. In sinu meo abscondi verba oris eius. Et Deut. xi. dicitur. Ponite verba mea in cordibus vestris et in animis vestris. et inter oculos vestros collocate. Et psalmista dicit. In corde meo abscondi eloquia tua. Quam malum autem sit verbum dei in memoria non retinere dicit Greg. in omelia. Verba dei que aure percipitis mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei. Et subdit. Et quasi acceptus cibus stomacho languenti reijcitur quando auditus sermo in ventre memorie non retinetur: Sed quisquis alimenta non retinet huius profecto vita desperatur. Eterne ergo mortis periculum formidare si cibum quidem sancte exhortationis percipitis: sed verba vite et alimenta iusticie in memoria non tenetis. hec Greg. Tertio dico quod verbum domini auditum et in memoria seruatum debet et opere perfici. Quid enim prodest semen in terra seminatum ac terre inclusum de quo fructus nullus pullulat. ideo Mat. vij. dicitur. Omnis qui audit verba dei et facit ea assimilabitur viro sapienti. et per oppositum ibidem dicitur

Omnis qui audit verba dei et nō facit ea: aſſimilabitur viro ſtulto Unde beata maria bñ dixit miniſtris in nuptijs. quod etiam omnibus nobis attrahere poſſum⁹ vz Quodcū[que] vobis dixerit facite. Jo. ij. Hoc eſt autẽ veraciter verbum dei cuſtodire. ſ. opere implere De hoc dt Aug. ſuper pſal. Cuſtoditio verborum dei intelligēda eſt operatio p̄ceptorum. fruſtra eñ̄ cuſtodiuntur memoria ſi non cuſtodiantur et vita. hec Aug. Quicun[que] ergo panem verbi dei receperit. eum non occultet ſed diſtribuat. quia dominus auaros et tenaces dedignat̃ poſſeſſores. q2 vult vt panis qui gratis dat̃ gratis etiã diſtribuatur Exemplum Legitur eñ̄ de beato Bernardo prout ipſe refert in quodam ſermone ſuper cantica. q[uod] cũ interloquendum ex hijs que ſuggerebat ſpiritus et ſi non infideli minus tamen fidenti animo quedam reſeruaret vt haberet quod diceret denuo tractaturus. ecce vox ad eum venit dicens. Donec iſtud tenueris aliud non accipies. Et licet ſeminator verbi dei aliquãdo modicũ aut nullum fructum inueniat. non tamẽ ceſſare debet. quia vt dicit metriſta Sepe dat vna dies quod totus denegat annus. Exemplum Sic enĩ̄ cõtigit beato Bernardo vt ſcribitur in libro de illuſtribus viris ordinis ciſtercienſis quadam vice vir domini beatus Bernardus pariſi⁹ rogatu ſtudentium ſcolas ingreſſus verbũ vite ſeminauit. ſpecialiter de ɔtemptu mundi. et de voluntaria paupertate. Completo ſermone cum nemo cõuerteretur triſtis abſceſſit. Et ingrediẽs hoſpitium orauit. et validiſſima ɔpunctione totus in lacrimas reſoluebatur ac ſi ex culpa ſua cõtigiſſet q[uod] nemo ɔuerſus fuit. Mane igit̃ facto die ſequenti cum ſcolas repetiſſet. et iterum verbũ dei ꝓpoſuiſſet. finito ſermone plurimi ex clericis conuerſi fuerunt. quos omnes ɔducens vehiculis ad clareuallẽ tranſmiſit. Qui omnipotenti deo deinceps ſeruientes. eternam gloriam adepti ſunt Preſtante domino noſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Jhesu christo qui est verbum dei increatũ et sup benedictum in secula seculorum secula. Amen

Sermo vicesimus nonus.

t Ertius panis quē quotidie debem⁹ petere et desiderare. quādo in orōne dominica dicimus. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. est ipsum sacramentuꝫ altaris quo nō solũ viui sed et mortui existētes in purgatorio nutriuntur et adiuuantur. viui scilꝫ vt pficiant et mortui vt liberentur. Jste panis nutrit et reficit animaꝫ etiam q̄uis visibiliter in os non sumat̄. Et ideo non est necesse hunc panem quotidie corporaliter recipere sed quotidie petendus vt saltem spiritualiter et inuisibiliter recipiatur in os anime. Desiderium nanqꝫ anime est apertio oris eius cui sacramentum visibiliter immittitur quādo gratia dei que per sacramentum confertur. et infunditur Unde quotienscūqꝫ ille panis offertur in ecclesia pro omnibus existentibus in gratia et nō dum gaudentibus in patria sic offertur. vt omnibus pficiat et omnes eo participēt Et sicut cibo corporali oīa menbra sana nutriuntur. Sic verisimiliter credendũ est q̄ sacramentum dominicũ a sacerdote sumptum. singulis ecclesie menbris sanis .i. in grā existentibus pficiat ad salutē Jste est ergo paīs ver⁹ paīs viu⁹ et vitalis multo excellentior q̄ verbum dei nisi forte velim⁹ loqui de verbo dei increato. Nam verbũ dei quod nos pferim⁹ non est deus. sed iste panis realiter et veraciter est deus

Unde xp̄us dixit. Ego sum panis vite. qui venit ad me non esuriet. Joh. vi. Jtem ibidem. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternũ. Et panis quem ego dabo caro mea ē pro mūdi vita. Ad hūc panē sup benedictũ debem⁹ quotidie diligenter pparari. et specialiter quādo

no. de corpore xpi et mortui adiuuatur

no. de sacram. invisibiliter proficit in gra existen.

ipsum sacramentaliter recipere volumus. quatinus ipz
digne recipientes. fructum eius id est gratiam dei salu/
briter recipiamus. et per ipsum ad regnuz celoꝝ feliciter
ambulando ꝑueniamus. Est eñi viaticum id est cibus — *viaticu͠ d[icitu]r corpus x[rist]i*
viatorũ quo vtunť in via p̄sentis vite quousq; illuc per/
ueniant. vbi nõ sicut hic sub velamine sed sine medio et — *Eucaristia .i. bona gr[ati]a*
velamine in ꝑpetuuz ꝑfruantur. Prestat nãq; gratiam
in p̄senti qua ad gloriam ꝑuenitur. Quapropter euca/
ristia id est bona grã per quãdam excellentiã aut ꝓroga
tiuã nominať. Nam q̄uis in omnibus sacramẽtis di/
gne susceptis gratia dei cõferatur. scd̃m illaz diffinitiõez
quam ponit Aug. libro de doctrina cristiana. Sacramẽ — *Sacramentu͠ q[ui]d est*
tum est inuisibilis gratie visibilis forma. tamẽ in sacra/
mento eucaristie singulari⁹ et copiosi⁹ gratia datur vbi
ille veraciter sumiť qui est fons et origo totius gratie.
Vt igitur hunc superbñdictuz panem digne et salubriter
percipiamus. et per ipsuz diuina gratia nutriamur et sa
ginemur. debemus ad ipsum diligenter p̄parari. Est eĩ
panis nobis a deo paratus et excellẽter p̄parat⁹. in quo — *Potentia*
maxime potentiam sapientiam et bonitatem cõsiderare — *Sapientia &*
possumus. Ideo de p̄paratione hui⁹ panis dicit psal. — *Bonitas*
Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Item Parasti
in ꝯspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me
Et Sapien. xvi. dicitur. Paratum panem de celo presti
tisti eis. omne delectamentum in se habentem. et omnis
saporis suauitatem. Sustantiam enim et dulcedinem
tuam quam in filios habẽs ostendebas Et licet hoc ad — *mãna figurata est pro corpor[e] x[rist]i*
litteram scriptum sit de mãna. quo pasti fuerunt filij isra
el in deserto. tamen quia illud fuit figura sacramen/
ti eucaristie. idcirco non incongrue de ipso sacramento
dicitur et assumitur. Et quia istud sacramentum est
panis angelorum iuxta illud psalmi. Panem an
gelorum manducauit homo. et illud Sapientie deci/
mosexto. Angelorum esca nutriuisti populum tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Panis angelorum dr xpi corpus

Angeli et homines diuersimode sumunt istum cibum

Ideo quasdam angelicas p̄paratiões debet homo ha/
bere.id est quasdam cōformitates debet habere cum an
gelis.quatinus dignus sit coꝝ cibum accipere Itē nāqꝫ
est iste cibus angeloꝝ et hominū· ꝙuis aliter ab hijs et
illis sumat. Sumitur eīn ab angelis sine velamine. Ab
hominibus vero ꝙuis sancti sint in hac vita nō sumitur
nisi velatus. Item ab angelis accipit sine intermissiōe
ab hominibus vero nō nisi certis locis et temporibus.
Itez ab hominibus meritorie. ab angelis aūt beatifice.
Prima igitur p̄paratio hominis ad hunc panen sumen
dum est mūdicia et specialiter quo ad animā. Est enim
panis mundissimus.et omnino impolut⁹ Ideo volēs
eum digne sumere debet esse mund⁹ et immaculat⁹. In
signum hui⁹ saluator noster lauit pedes discipuloꝝ suo
rum priusꝙ̄ traderet eis sacramentum Jo.xiij. Postꝙ̄
eīn agnū paschalem cum discipulis suis māducauerat
obseruando et adimplendo legem.surrexit a cena et la/
uit pedes ipsorum· Et petro interroganti misterū et ren
nuenti lauari ab eo terribiliter dixit. Si non lauero te nō
habebis ptem mecū. Tunc cum recubuisset iterum insti
tuit et dedit eis corpus et sanguinem suū. Nullus ergo
accedat ad sacramentum nisi lotus a crimine. Et hoc fi/
guratum fuit in veteri testamento. vbi omnis immūd⁹
excludebat ab esu agni paschalis. vt patet Nume.ix.
Nulli etiam nisi mūdo licebat edere panem sanctifica
tuz. Quāto magis debent esse mundi. qui deū in specie
panis volunt recipere· Ve igitur eis qui cum sordibus
peccatorum accedunt ad mensam domini et hunc cibuz
suscipiunt. tales sunt similes iude traditori qui cum pro
posito tradendi dominū suscepit hoc sacramentū. Nam
creditur ꝙ a domino fuit lotus et sacramentuz acceperit
anteꝙ̄ exiuit. Illa tamen buccella quam sibi dominus
intinctam porrexit vt dicitur Johan.xiij.non fuit sacra/
mentum scd̄m doctores Item tales sunt similes illis q̄

Preparatio hominis ad hoc corpus — mundicia

Judas fuit lotus a xpo
cibus vero non fuit sacramentum

aliquem magnum dominum ad se venientem susciperent sed ipsum suceptum ad immunduz et fetidum stabuluz ponunt. Nihil enim ita fetet corã domino aut sordet sicut peccatum et peccator. Idarco peccator sumẽs sacramentum quãtum in se est xp̃m maculat. licet tamen ipz maculare non possint. Item ve et maxime ve miseris sacerdotibus qui peccatis maculari nõ verentur illud gloriosum et mundissimuz sacramentum cõsecrare tractare et sumere. Qui vtinã attenderent q̃ Oza fuit percussus a domino eo q̃ archam tetigisset vt dicit. ij. Reg. vi. Et. i paralip. xiij. Unde in veteri lege pceptum fuit vt sacerdotes añq̃ accederent ad altare. lauarent manus et pedes vt dicit Exodi vlti. Et ne aliquã maculaz haberent in facie erant specula posita circa labrum. vt facies suas cõsiderarẽt. vt dicit Exodi. xxxviij. et Leuitici. xxi. dr̃ q̃ dñs loquebatur ad Moysem dicens. Loquere ad aaron hõ de semine tuo per familias qui habuent maculam non offeret panes deo suo. nec accedet ad ministerium eius. Patet ergo q̃ grauiter peccet sacerdos qui sordibus peccatoruz iniquinatus accedit ad altare. Et ideo dominus frequenter horribiliter tales etiam in hac vita punivit.

Exemplum. De hoc dicitur in libro de apibus q̃ in ptibus Brabantie quidam fuit sacerdos lubricus et immũdus qui immũdo ore fere quotidie celebrãs. hũc sanctissimum panem sumere nõ verebatur. Cuius os circa mentum et nasum cum lingua sic cõputruit. vt pre fetore vix posset ab amissimis tollerari. Alius vt ibidẽ dicitur sacerdos fuit in gallia. cuius manus in missa super arã extense. igne celesti vsq; ad cubitos cõbuste fuerunt et cõsumpte Simile dicit Cesarius contigisse Parisius in ecclesia beate Marie Sed ille falso nomine sacerdotis celebrauit. Secunda pparatio ad hunc panẽ sumendum est fides integra. Naz hoc sacramẽtuz sine fide nullatenus est accipiendum Credere enim oportz ac

cedentē ad deum vt dicitur ad Hebre.xi: Debet autem firmiter credere ꝙ ibi recipiat sub speciebus sacramentalibus xp̄m ita realiter et veraciter verū deum et hominē sicut natus fuit ex virgine. pependit in cruce. et nunc sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et licet velatus sit speciebus alienis non minus est tamen ibi veritas substantie sue cui species ille accidentales nihil adūt vel demunt nec inherent. nec informant. sed solummodo circuntegunt et occultant. Quod vtiq₃ possibile est deo. qꝛ qui totum mūdum et omnes creaturas in esse ꝓduxit. et scd̄m quascūq₃ formas figuras et species voluit. eas formauit et ordinauit. Ipse indubitanter potest seipsu₃ sub quibuscūq₃ figuris et speciebus vel formis prout sibi placet comprehendere. Sed iste modus sibi magis placuit. vt quoniam seipsum dare voluit hominibus in escam. hoc faceret sub speciebus cibi' cōmunioris et magis vsitati. s. panis et vini. Et sic homo credens hoc qd̄ foris non sentit magis meret̄ apud deum. Na₃ sicut sm̄ Gregorium fides non habet meritu₃ cui ratio humana prebet experimentum. sic per oppositum fides est meritoria que naturalibus rationib⁹ non ꝓbatur. Fides enī est substantia sperandarum rerum augmentum non apparentu₃. vt dicitur ad Hebre.xi. Et beati qui nō viderūt et crediderunt. io. xx. Nec sufficit sola fides ad digne suscipiendum hunc panem. sed requiritur etiam baptismus si possit haberi. Quod figuratum fuit in filijs israel qui non manducauerunt māna nisi postq̄ transierūt mare rubrum vbi baptizati fuerūt in nube et in mari. vt dicitur. i. ad corin. x. Accedamus ergo cum vero corde in plenitudine fidei scilicet ad hoc sacramentum. vt dicitur ad Hebre. x. Qui ergo non credunt ea que de hoc pane credenda sunt non accedant ad ipsum quia sine fide impossibile est placere deo ad Hebreos. ix. In signum huius omis alienigena excludebat̄ ab esu agni pascalis

vt dicitur Exodi xij. Est autē alienigena qui non est de cognitione cristiana per fidem et baptismum. nec rena-tus ex christo et ecclesia Idcirco infideles non filij sed canes appellantur. De quibus dominus dixit. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canib⁹ vt dr. Math. xv. Non est dubitandum quin quilibet sacerdos quātumcūq3 malus consecret. dummodo pfecta fide et scdm formā ecclesie officium faciat. Exemplum De hoc legitur in legenda sancti Hugonis lincomensis epi ordinis carthusiensis q in Francia quidā sacerdos se cularis in quadam villa celebrauit. qui male et turpiter vixit. Cum autem venisset ad hoc vt sacramentum do-minicum eleuatum super calicem diuidere deberet. du-bitare cepit an hoc esset verū corp⁹ xpi. et hoc specialiter propter reprobam vitam suā hesitans sc3 vtrū talis pec cator qualem se cognouit. consecrare posset. Et ecce sta-tim ipsum sacramentum in manu sua pro medietate ver tebatur in crudam carnē. reliqua parte eius tenente for-mā panis pristinam. et tamen mansit quasi continuū quoddā et indiuisum Quo viso sacerdos penitentus to tum dimisit in calicem. et subito sacramentum sanguis fuit mutatum in cruorem ac si de aliquo corpore proflu xisset Et tunc sacerdos ille cōfirmatus in fide per totam vitam penitantiam egit Tertia preparatio ad sumen dum hunc panem est interior deuotio. qua homo feruē-ter et desideranter ipsum sumere debet dicens. Veniat dilectus meus in ortum meum Canticoru3. v. Item Inueni quem diligit anima mea Canticorū. iij. Est eīn cibus dulcis et delectabilis ideo cum apetitu et deside rio id est cum interiori deuotione sumendus Na3 est pa nis pinguis pinguedine sc3 diuine dulcedinis. et prebe bit delicias regibus. Genesis xlix. De huius cibi sua uitate dicit in legenda de sacramēto. Suauitatem deni q3 huius sacramē. i null⁹ exprimere sufficit p qd spūalis

Marginal notes (manuscript): q[uod] malus sacerdos consecrat — Exemplum not[a] — 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

dulcedo i suo fonte gustatur. Hoc etiaz patet Sapie xvi.
vt superius alegatū est. scz paratum panē etc̄. Ideo psa.
dicit. Gustate et videte quoniam suauis est dominus.
Itez Cibauit illos ex adype frumenti et de petra melle
saturauit eos. Petra autem erat xp̄s id est ad corinth. x.
Ista vero dulcedo non sentitur ore corporis sed anime
et sentitur scd̄m exigentiam deuotionis. quia illa puo-
cat appetitum anime et facit cibum dulcem dulciter sape-
re. Nam quanto deuotior est anima tanto ceteris pribꝰ
cibus iste dulcius sapit Quod figuratum fuit in mãna
quod sapiebat vnicuiqz scd̄m desiderium suum vt dicit
Augustinꝰ Cui cōcordat illud sapie. x. Deseruiēs vnius
cuiusqz volūtati ad quod quis volebat conuertebatur.
Sed queritur quare quilibz hūc cibū sumens non sentit
hanc dulcedinem in anima. Respōdetur ꝙ illius causa
est. vl' peccatū quod inficit linguā anime. vel aliena crea-
turarū affectio. vel defectus deuotionis que deberet ap-
petitum puocare. vel spetialis dispensatio dei. ne forsan
homo talem dulcedinem sentiens in elationem moueca-
tur Ideo magis sibi congruit eam nō sentire vt humilie-
tur in timore Exemplū. Inuenitur aūt ꝙ q̄busdaz
personis deuote hunc panem sumentibus concessuz est
etiam corporaliter miram dulcedinem sentire Item hoc
dicit Cesarius ꝙ dōna aleydis prima abbatissa domꝰ
ordinis cisterciensis in ciuitate vuestphalie que mona-
sterium dicit quotienscūqz corpꝰ domini sumpsit. nō pa-
nis soliditatem nec panis saporem sensit. sed ipsum sa-
cramentum quasi fauus mellis liquidꝰ in ventrez eius
fluxit. ac mira suauitate eius interiora repleuit. Exē-
plum Noui et ego quādam virginem secularē deuo-
tam que tāta deuotiōe sumpsit sacramētū ꝙ statim fa-
cta fuit in excessu mentis nihil sentiens foris. sed intus
mira iocunditate replebatur. Et quando post spacium
dimidie hore vel circa ad se redijt. nihil de sacramento in

ore reperit. quia interim ipsa nesciente consumptum fuit
Quarta preparatio ad sumendum hunc panem ē de bita reuerentia sibi exhibita. Est enim rationabile vt rex regum dominus dominantiū veniens ad pauperez cuz omni reuerentia recipiat̃ ab eo. Si enim reuerenter deo seruire debemus. iuxta illud ad Hebre. xij. Seruiamus deo cum metu et reuerentia. quanto magis debem⁹ ipz cum reuerentia suscipere. Istam autem reuerentiam exhibemus ei quando nos erga ipsuz humiliamus Nam anteq̄ recipiat̃ debet homo humiliter dicere. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meuz Math. viij. Cum vero recipitur dicat humiliter Unde hoc mihi vt veniat dominus meus ad seruū suuz ymo ad vilissimū vermiculuz Et postq̄ receptus fuerit dicat humiliter cū psal. Ne derelinquas me dn̄e deus meus ne discedas a me. Uel illud Eccle. xxiij. Domine pater et dominator vite mee ne derelinquas me. Uel illud dictū Jacob patriarche Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Sic nō faciunt illi qui reuerenter vt apparet recipiunt xp̄m ſʒ statim ad peccata relabunt̃. et non solum eū non retinent. sed quod grauius est etiaz ipsum expellunt. facientes ei maiorem cōtumeliā in expellando. q̄ prius fecerant reuerentiam in suscipiendo. Exhibeamus igitur reuerētiaz sacramento. vt digne sumere mereamur. et vt omni tempore fructū ex eo percipiamus ipsum vbiq̄ humiliter et reuerenter veneremur. Exemplum Quantuz autem hoc deo placeat ostensum fuit in quodam milite qui vt Cesarius scribit quādocūq̄ corpus domini eleuari vel differri vidit. prostratus illud adorauit. Cumq̄ quadam die in platea equitaret lutosa. et preciosis esset vestib⁹ indutus obuiū habuit corpus domini. Qui de equo prosiliens in luto flexis genibus corpus xp̄i adorauit Factumq̄ est vt eo surgente nec minima gutta aq̄ nec quicq̄ luti vestibus eius adhereret Igitur scd̄m

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

predictas quatuor preparatones conentur quantuz pos sumus nos ad ipsum sacramentum preparare. quia di gne sumentibus vitā cōferet sempiternā iuxta illud Jo: vi. Qui manducat huuc panez viuet in eternuz. Sed in digne sumentibus mortem et dānationē operatur et ci bus vitalis fit eis mortalissimuz venenuz. et qd dignis erat viaticum ad regnum celoꝝ deducit eos ad infernuz Et hoc non facit sacramentum ex sui natura sed ex vicio recipientis vt dicit crisostomus. Probet igitur seipsum homo vt ipsum digne suscipiat et regnum ꝯsequatur per petuum Per dominuz nostrū ihesum christum viuentē et regnantem per infinita seculoꝝ secula Amen.

Sermo tricesimus.

q Uartus panis quotidie petendus est panis glo rie de quo dicitur Lu. xiiij. Beatus qui manduca bit panem in regno dei. Si ergo beatus est ille qui in futuro scz in regno dei manducabit hunc panem. quan to magis beatus dicetur qui iam de facto ipsum mādu cat. Hic panis manducat in nuptijs agni celestis. de quibus nuptijs dicitur Apocal. xix. Beati qui ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt Nec est iste panis aliud ꝙ ipse deus trinus et vnus. in quo essentialiter ymo qui veraci ter est summa dulcedo in creaturis dispersa ortum habet et iniciū Hec dulcedo que deus est cibus est omniū bea torum in patria cibus est filioꝝ regni. quam sumunt de mensa domini. cibus est nobis ab eterno ꝑparatus in ce na magna domini ad quā vocati sumus Hunc panē dulcissimuz debemus desideranter esurire. diligenter pe tere. et pro ipso feruenter laborare. De quo tria possum⁹ ꝯsiderare. scz qr dulciter sapit. mirabiliter reficit. et effica citer operatur. Primo ergo dico ꝙ iste panis dulciter sapit quia est fons dulcedinis. qui seipsum totuz plene

nude et sine medio beatis infundit. et eos dulcissime re-
plet Que dulcedo tanta est ꝙ maiorem nec intellectus
intelligere. nec affectus desiderare potest. Tanta est ꝙ
respectu ipsius omnis alia dulcedo minor est ꝙ̄ punctū
respectu celi. aut granum arene respectu totius terre. aut
gutta aque respectu totius maris. Tanta est ꝙ omnis
dulcedo per creaturas dispersa illi cōparata. potius di-
cenda est amaritudo ꝙ̄ dulcedo Et quid dicam. Tanta
est ꝙ propter eam obtinendam beati omnem trāsitoriā
delectationem comtempserunt. nullum laborem refuge
runt. nullam penam horruerūt. Secundo dico ꝙ iste
panis mirabiliter reficit. quia beatos sine cessatione nu
trit. sine fastidio satiat. et sine defectu esurire facit. Nutrit
inquā sine cessatione mirabiliter. quia nec ꝯsumitur nec
deficit. nec minuitur nec alterat̄ nec mutat̄ in illis quos
nutrit sed eos in se transformat. Unde sic dicat Augusti
nus in persona dei Cibus sum grandium. i. perfectoꝝ.
Cresce et manducabis me. nec tu me mutabis in te. sed
tu mutaberis ī me. Et in hoc differt panis iste a pane vel
cibo corporali. Nam cibus corporalis consumitur alte
ratur et digeritur. et tandem in sustantiā ipsius aliti cor-
poraliter et realiter ꝯuertitur. Sed oppositum est de pa
ne celesti Item mirabile est ꝙ panis celestis sine fasti
dio satiat. Beati nāq; qui eo nutriuntur sunt semper sa-
tiati Juxta illud psal. Satiabor cum apparuerit gloria
tua. Et tamen propter satietatem non habent fastidiū
cibi Et ideo sine cessatione manducant ꝙ̄uis sint satia-
ti. Sic autem non est de cibo corporali qui quantum-
cunq; sit bonus et dulcis. tamen satiatis est in fastidio.

Item mirabile est ꝙ panis celestis sine defectu gene-
rat esuriem quia beati continuum habent appetitum et
desiderium ad illum panē. sicut famelici ad bonū cibū
Et tamen ipsum p anem quem esuriunt iaꝫ de facto mā
ducant et eo satiantur. Sic non est de cibo corporali:

differentia panis celestis et materialis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

quia satiatis non generat appetitum vel esuriem. ymo si est esuries aut appetitus signũ est defectus et non saturitatis De hac esurie cibi celestis dicitur Eccl. xxiiij. in psona sapientie increate que deus est et cibus beatorũ Qui edunt me adhuc esurient et qui bibunt me adhuc sitient Sed diceret quis quia oppositum huius dicitur de beatis Ysaie. xlvij. Non esurient neq; sitient amplius. Itẽ dicitur Apocalipsis. vij. etiam idem. Respondetur q beati non esuriunt neq; sitiunt. quasi defectum patiẽtes Sed dicuntur esurire et sitire quasi sine fastidio et cũ ingenti desiderio auide pane celesti fruentes. Unde appetitum seu desiderium tantum habent et semp habebũt. quantum in principio sue glorie habere ceperũt. Tertio dico q iste panis mirabiliter operatur. et specialiter in hoc q omnes beatos ita vitaliter confortat et in vita cõseruat vt semper viuant et nunq moriant. Idcirco bene dicitur panis vite. Pro quo notandum q quilibet predictorum panum potest dici panis vite q q aliter et aliter Nam panis nature dicitur panis vite quia vitam corporalem siue naturalem conseruat. Secundus scz panis doctrine dicitur panis vite qr animã viuificat et in spirituali vita confortat Tertius scilz panis eucaristie dicitur panis vite quia vitam gratie confert in presenti et veraciter est deus qui est vita anime Quartus scz panis glorie dicitur panis vite. quia vitam confert eternam. et reficit beatos in patria. et ẽ etiaz realiter et veraciter deus. qui seipsum sine velamine prestat beatis in cibum. Iste igitur quartus panis excellenter potest dici panis vite quia xps qui in hac via est vita anime per gratiam erit multo nobilius et felicius in patria. vita anime per gloriam. Ideo ad Colo. tertio. dicit Apostolus Uita vestra abscondita est cum christo in deo Cum autem apparuerit christus vita vestra. tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

xxx

Iste panis glorie designatus est per signum vite
quod est in paradiso terrestri Quod ideo lignu3 vite di
citur quia fructus eius frequenter sumptus nō solum cō
seruat. sed etiam ꝓlongat vitā corporalem. sic ꝙ homo
frequenter inde comedens ꝑpetuare posset vitam corpo
ralem. Non est ergo mirum ꝙ fruitio illa dulcissima di/
uinitatis in patria cōseruat beatos in vita sine fine dura
tura Et hoc est quod dominica voce ꝓmittit̄ vincēti cu3
dicitur Apocal'. ij. Vincenti dabo edere de ligno vite. i.
de ipsa diuinitate. qd̄ sc3 lignum est in paradiso dei mei
non quidem terrestri sed celesti. Sed circa p̄dicta querit̄
quō panis ille celestis debeat dici panis noster quotidi
anus. videl3 quomō dicat̄ noster quē non habemus. et
quomō dicat̄ quotidian⁹. que3 nō quotidie accipimus
ymo quē nec semel quide3 in tota vita nostra meremur
accipere. Respondetur dupliciter. Primo ꝙ panis glo
rie nō dicitur panis noster quotidianus quasi eum quo
tidie recipiamus. S3 dicit̄ quotidianus quia quotidie
debemus ipsum esurire et petere. et pro ipso debem⁹ la/
borare et pati per totam vitam nostrā. Dicitur et noster
quia est nobis exhibitus et quodāmodo p̄sentat⁹. que3
habemus non in re sed in spe. non in possessione sed in
expectatione. non iam datum sed ꝓmissum. ad quē sine
intermissione tendere. et quem quotidiano desiderio de
bemus appetere. Secundum hunc modum saluator
noster dixit cum scil3 ascendisset montem prout scribitur
Math. v. Beati pauperes spiritu. et beati qui p̄secutōe3
patiuntur ꝓpter iusticiam. Et subiunxit causam beatitu
dinis vtrorūq3. quoniam ipsorum est regnum celorum.
Ecce ꝙ voce dominica pauperum et patientium ꝓ iusti
cia dicitur esse regnum celorum. quod tamen hic nō hn̄t
sed in patria possidebunt. Aliter potest responderi et
forte melius et subtilius. ꝙ licet in hac vita panem illū
glorie non plene recipiamus cum non sedeamus ad mē

no. de qualitat. bon...

sam domini cum beatis tamen micas quasdam ab illa mensa domini nostri decidentes tanq̄ catelli sub mēsa dominoꝝ colligere debemus Et vt manifestius intelligatur quod dicere volo quedam spūalis dulcedo quēq3 deuotis hominibus infunditur per quā ipsoꝛu3 anime mirabiliter alterātur. et quasi quodam dulci cibo reficiuntur et recreantur. intm̄ vt ipsi fiant acutiores ad intelligendum. feruentiores ad amandum. fortiores ad agendum. et patientiores ad tollerandum. Tale3 ergo spiritualem dulcedinem desuper anime infusa3 appello micas decidentes de mensa domini. et ab ipso pane vite. Ad hanc spūalem dulcedinē inuitat nos psal. dicēs. Gustate et videte quoniā suauis est domin9. Et notanter dicit gustate et nō dicit comedite. quia nō datur hic ad satietatem. sed ad quādam pliberationem. Et quia hec dulcedo gustata cognoscitur. ideo p̄mittitur gustate. et tunc subditur videte. Unde Gregorius dicit Eius dulcedinem nō cognoscitis quia minime gustatis Hāc dulcedinem psal. modicū gustauerat. et statim quasi exclamando dixit q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e. quā abscondisti timentibus te. Abscondisti nāq3 quia occulte p̄stas eis. vel abscondisti in gloria quod nondū tradere vis in via. Et nota q̄ ad exprimendum nimietatem illius dulcedinis psal. non dicit. Quam magna dulcedo. vl' q̄ multa dulcedo tua. s3 dicit q̄ magna multitudo dulcedinis tue. Sic etiam posset dici q̄ multa magnitudo dulcedinis tue domine. De hac dulcedine dicit ipsa sapientia dei que deus est Spiritus meus sup mel dulcis Eccle. xxiiij. Et sapien. xij. dicit. O q̄ bon9 et suauis est domine spūs tuus in nobis. Que due auctoritates non solum de spiritusancto sed etiam de p̄dicta spūali dulcedine sunt intelligende Hec est illa dulcedo que manna dicitur sicut Apoca. ij. dicitur. Uincēti dabo manna absconditum. Et bene dicitur manna:

qui lm̄ certauerit cor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

quia sicut manna pauit ac nutriuit filios israel in deser-
to quousq; ꝑtingerent ad terraȝ promissionis. sic et hec
dulcedo reficit animam in deserto huius mūdi quousq;
perueniat ad regnum celoruȝ. Igitur hec dulcedo pa-
nis celestis que hic gustatur delectat. sed nō satiat. ymo
quāto plus gustatur tanto plus appetitum prouocat.
et tanto magis amarescere facit ea que de mūdo vel car
ne delectant. De hoc dicit Gregorius in omelia. Qui ce
lestis patrie dulcedinem quantum possibilitas admit-
tit perfecte cognouerit ea que in terris amauerat libēter
cuncta derelinquit. Deserit habita. cōgregata dispergit.
Inardescit in celestibus animus. Nihil in terrenis libet
deforme conspicitur quicq̄d de terrene rei placebat spe-
cie Hec Gregorius. Et Augustinus in libro de cōfessio
num sic dicit. Gustaui et esurio. tetigisti me et exarsi. Itē
idem libro codeȝ Age domine et fac. et excita et reuoca
nos et rape. et flagra et dulcesce. Item. tu dederas sa
gitas acutas. et carbones vastatores nec satiabar in illis
diebus dulcedine mirabili. considerare altitudinem di-
uini consilij super salutem generis humani Item idem
scilicet Augustinus super eodem in libro confessionum
predicto etiam taliter dicit Ihesu xpē adiutor me⁹ q̄p sua
ue mihi subito factum est carere suauitatibus nugarum
mearuȝ. Et quas amittere metus fuerat iam dimittere
gaudiū erat. Eijciebas enim a me vera et tu summa sua
uitas Eijciebas eas et intrabas pro eis omni volupta-
te dulcior sed non carni et sanguini. Item aliquando in
troducis me in affectum multuȝ introrsuȝ nescio in quā
dulcedinem. que si perficiatur in me nescio quid aliud erit
vita eterna si non sit illa. Hec omnia Augustinus in li-
bro confessionū Et Hugo de sancto victore libro de ar-
ra anime quenit in persona anime dicens. Quid est illud
dulce quod in eius scilicet dei recordatione aliquando
me tangere solet et taȝ vehementer atq; suauiter afficere.

vt iam tota quodammodo a memetipsa ab alienari et
nescio quo abstrahi incipiam. Et respondet. Vere ille ē
dilectus tuus qui visitat te. Sed venit inuisibilis. venit
occultus. venit incōphensibilis. venit vt tangat te nō vt
videat̄ a te. venit vt ammoneat te non vt cōprehendatur
a te. venit non vt totum infundat se. sed vt gustandū pre
beat se. non vt impleat desideriū. sʒ trahat affectū Pri
micias quasdam porrigit sue dilectionis non plenitudi
nem exhibet pfecte sacietatis Hec ille. Exemplum.
De hac dulcedine celestis panis beatus petrus modicū
gustans in monte thabor statim voluit ibi facere taber
nacula vt ibi semper manere posset. vt dicit̄ Math. xvij.
Marci. ix. et Luce. ix. Ipse nanq̄ oblitus erat mundi et
oīum deliciarum eius. ideo volebat ibi esse ymo sui ipi⁹
quodāmodo fuit oblitus. quia vt Marcus et Lucas di
cunt loquebat̄ nesciens quid diceret. Ecce qualiter im
mutatus fuit in breui momento gustando vix vnā gut
tam illius fluminis cuius impet⁹ letificat ciuitatem dei
vel etiam gustando vnam puā micam panis illius cele
stis vnde omnes beati saciant̄ in patria. Exemplū
Sic fuit de maria magdalena que viginti annis huōi
mica vel gutta celestis dulcedinis enutrita. nullum ter
renum cibuʒ pcepit. ymo huius mundi delectationē cō
tēpsit et abhorruit. Et de multis sanctis legit̄ q̄ in hac
vita mortali celesti dulcedine sic fuerunt sustētati q̄ mul
tis diebus absq̄ terreno cibo vixerunt. Dominus enim
terrenas delicias contemnentes. cōsueuit celestibus refi
cere. Exempluʒ De hoc Cesarius tale ponit exēplū
In quadaʒ domo sancti monialiū ordinis cisterciensis
vna neglecta fuit vt ei pitantia sicut alijs non daretur.
Que patienter hoc sustinens et neglectam se gaudens.
deoq̄ gratias agens inuisibilem pitanciam a domino
recepit. Ex cuius ineffabili dulcedine os eius. fauces.
venter. sic replebantur. vt nunq̄ aliq̄d sic dulce senserit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

in tota vita sua Et hoc quãtum ad corpus Porro in mẽte et anima tantam sensit spiritualez dulcedinẽ vt postea diceret ꝙ si huiusmodi delicias vna vice tm̃ posset habere libenter omnibus diebus vite sue pitācijs carere vellet Nos igitur hanc prelibationem celestis panis ferventer queramus. quatenus per eam ad plenariam celestis refectiōis sacietatem peruenire mereamur. Prestante domino nostro Ihesu christo qui cum deo patre et spiritusancto viuit et regnat de⁹ super omnia benedictus laudabilisqꝫ in seculorum secula. A M E N

Sermo tricesimusprimus.

Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hec est quinta principalis petitio orationis dominice Que cum magna sit ne irrationabilis videatur. quedam conditio apposita ẽ quam oportet a nobis fieri. Et si illa fuerit integre et perfecte a nobis explecta tunc confidenter petere possumus quia indubitanter effectum petitionis consequemur. Idcirco primo videndum est de illa quinta petitōe qua dicimus Dimitte nobis debita nostra Et vt materia parumper ad edificationez dilatetur. videndũ est de multis debitis de quibus obligamur et que soluere tenemur. et si illa non soluerimus peccabimus Deinde videndũ est ꝙ nulla conditione apposita videlicet. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quantũ ad primũ notãdum est ꝙ generaliter loquẽdo triplex est debitũ nostruz quo scꝫ obligamur. videlicet debituz naturale. humanũ et diuinuz. Debitum naturale est quo nobisipis ac ꝓprie nature nostre sumus obligati. et hoc ꝯsistit in bono et ordinato ac debito regimine nostro. vt scilicet anima seruiat deo. non carni. et caro subsit anime et non sequat̃ suas voluptates. vt anima etiaz frangat suã voluntatẽ.

Triplex nrũz debitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et castiget ac refrenet carnem et eam sibi obedire ꝯpellat.
De hoc debito dicitur ad Romanos. viij Debitores su-
mus non carni. vt scḋm carnem viuamus. Si enim scḋz
carnem vixeritis moriemini. Si autem spū facta carnis
mortificaueritis viuetis. ac si dicatur. Debitores estis
spiritui et carni vestre. non sic vt caro spiritui dominetur:
sed vt spiritu caro mortificetur. Debitum humanum
est quo homines sibi mutuo obligantur. aliter tamen et
aliter. plus aut minus scḋm exigentiaz suoꝝ statuū. Nā
aliter obligatur superior inferiori. et ꝯtra inferior aliter
obligatᷓ superiori. Ut dominus aliter obligatur seruo. et
famulus aliter domino. Magister aliter obligatur disci
pulo. et discipulus aliter magistro Si etiam diues aliter
obligatᷓ pauperi. et aliter pauper diuiti. Et sic de pluri-
bus alijs. De hoc debito est statim ꝓsequendum De
bitum diuinū est quo homines obligantur deo. de quo
debito infra in quodam sermone dicetur. Igitur dimis-
so debito naturali de quo non est multum ad ꝓpositū.
dicendum est de debito humano Pro quo notanduz
est ꝙ quatuor sunt status hominū. quibus oēs homies
cōprehenduntur. Nam quidam degunt in hoc mundo.
quidam regnant in celo. quidā torquentur in inferno. et
quidam patiuntur in purgatorio. De hijs quatuor sta
tibus hominum est sigillatim dicendum vt videatᷓ quo
modo et quibus debitis simus eis obligati. Et in ꝓ-
posito. animas a carne solutas etiam voco homines se
cundum communē moduz vulgarē. Quantum ad pri
muz statum humani generis dico ꝙ omnibus homini-
bus in hoc mūdo degentibus quantum in nobis est ali
quo modo sumus obligati. Sicut Paulus de se dixit.
Grecis ac barbaris. sapientibus et insipientibus debi-
tor sum. ad Romanos primo. Sumus autem homini
bus omnibus obligati tanꝙ̄ confratribus et consorori
bus quo ad naturam tanꝙ̄ comitibus et socijs quo ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

exilium. tanq̄ consortibus quo ad pugnā. et tanq̄ no
biscum vocatis ad gloriam. Sed specialiter cristianis
plus ceteris obligamur tanq̄ ꝓpinquis et baptismi re-
generatione· tanq̄ cōmembris in corpore ecclesie. et tan
q̄ cōdiscipulis in scola xp̄i Sed queritur in quo sim⁹
debitores et obligati omnibus hominib⁹ siue xp̄ianis
siue alijs. Respondeo q̄ in dilectone. Obligamur enī
omnibus hominibus ipsos diligere. et hoc ex precepto
domini tam veteris q̄ noui testamenti. De hoc. debito
dicitur ad Romanos xiij. Nemini quicq̄ debeatis nisi
vt inuicem diligatis Et. i. Johan. iiij. dicitur Carissimi
si deus dilexit nos et nos debem⁹ id est obligamur tan
q̄ debitores inuicem diligere. Hoc debito domin⁹ obli
gauit nos per preceptum et exemplum dicens. Hoc est
preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.
Joha· xv. Ubi notandum est q̄ dominus dicēs sicut
dilexi vos exhibet et proponit suam dilectionem nobis
in exemplum et formam diligendi ꝓximum nostrū q2
non omnis modus diligendi ꝓximum est meritorius
aut cadit sub precepto. ymo aliquis est modus vicios⁹.
et per preceptum inhibitus. vt diligere vxorem alterius
propter adulterium et huiusmodi Idarco dominus ex
presse addidit sicut dilexi vos. ac si dixisset secundū Au
gustinum. Ad hoc amate ad quod amaui vos. Ipse nā
q̄ dilexit nos vt saluaret nos. nec pepercit anime sue qn
cam pro salute nostra daret. Sic debemus fratres no
stros diligere. vt animas nostras si necesse sit pro ipsis
ponamus. non animas nostras perdamus. sed vt per
eas fratres nostros lucremur. Talis est forma qua cri
stus dilexit nos. Ideo. i. Johannis tertio dicitur.
In hoc cognouimus caritatem dei quoniam ille pro no
bis animam suam posuit. et nos debemus id ē obliga
mur vel tenemur pro fratribus nostris ponere. Ut ergo
ꝓximo nostro suū debitum ꝑsoluamus ip̄m diligam⁹.

omnibus hominibus ex precepto sed plus
xp̄ianis obligati sumus;

no: nos omnibus hominibus diligere

no: sicut dilexi vos

Aug.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

Nec solum dilectionem teneamus corde aut exprimamus ore sed quod fortius est et quod proximo magis subuenit exhibeamus et opere. Alias enim aut charitas nulla esset aut inanis Debemus autem proximo in corporalibus necessitatibus per opera misericordie corporalia subuenire. sed multo amplius in necessitatibus anime debemus ei subuenire per opera misericordie spiritualia. Nam quanto anima prestantior est corpore tanto magis soliciti esse debemus circa salutem anime vt ipsa conseruetur in vita gratie. et perueniat ad vitam glorie. quam circa corpus vt ipsum conseruetur in vita naturali. Debemus vero proximo duo debita principalia pro salute anime sue. videlicet retractionem a malo et promotionem ad bonum Ad hec duo debita nos obligat fraterna caritas et diuinum preceptum. quia xpistus sic dilexit nos Primo igitur debemus et tenemur proximum nostrum a malo retrahere presenti. ne malum perpetue damnationis incidat. Et hoc dupliciter. quia si stat et impugnatur. debemus eum tenere ne cadat Et si lapsus est. debemus eum subleuare vt surgat. Sic enim facimus eum cauere peccatum committendum. et emandare malum commissum. Primo dico quod debemus proximum tenere ne cadat. ipsum confortando. consolando. et instruendo ac exhortando. ne in temptatione succumbat. Sic dominus dixit Petro Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos Lu. xxii. Et Apocal. iii. cuidam dictum fuit. Esto vigilans et confirma cetera que moritura erant Si ergo quis stans temptetur aduersitatibus confortari debet. et si proponendum est vt ex illa modica tribulatione que sibi grauis videtur perpendat intollerabilia tormenta inferni et sit patiens ne cadat in iram aut inuidiam. aut vite sue tedium aut contumeliam dei vel sanctorum aut etiam propositum malignandi Si vero temptatur voluptatibus et prosperitas sibi arridet. premuniendus est. vt auertat affectum ab eis. et quod attendat quod nulla sint omnia transitoria que

temporaliter delectant postq̄ transierunt. ac si ventus ac fumus sumniū fuissent. Et vt caueat a superbia. vana gloria. avaricia. gula. luxuria. inepta leticia et a dissolutis moribus. Igitur stantes ammonendi sunt ne cadant Qui enim cadit spiritualiter cadit in peccatum. cadit a deo et a gratia dei. et a iure celestis patrie. ipse cadit in manus dyaboli et captiuatur cadit in lutū et maculatur cadit in gladium et occiditur. De hac confirmatione dicitur. Ysa. xxxv. Confortate manus dissolutas. et genua debilia roborate. dicite pusillanimes confortamini. Homo nanq̧ habet manus dissolutas quando remissus est ad bonū opus Genua habet debilia quando pronus est ad lapsum. Pusillanimis vero est quando timet nō posse subsistere quin cadat. Sed heu quidam proximum stantem non sustinent nec a casu pseruant. sed magis sūt sibi causa ruine. Nam quidam videntes proximū casurū et valentes ipsum a casu preseruare. permittunt ipsum cadere. quod est vnum de peccatis alienis. quia tales non obstant malo cui obstare possunt. ymo quod penis est etiam de casu aliorum letantur. et fiunt rei de casu aliorum quem tamen affectualiter non faciūt. Utinam tales attenderent illud. Prouerbiorum xxiiij. vbi dicitur Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. et in ruina eius ne exultet cor tuū. Alij cadunt cum cadente. s. qui ex casu alterius prouocantur ad malum videntes eum male agere et nihil triste sibi accidere Tales solent dicere Ecce ille vel ille hoc vel illud malum fecit. et ego possum similiter facere. Quid mihi eueniet magis q̄ illi Isti sunt tanq̄ ceci sequentes cecum ductorem et cum eo cadentes. Ipsi designati sunt per filios israel qui cadente Jeroboam in ydolatriam cadebant cum eo Tercij casuros impellūt vel deijciunt. vt cadant. scilicet qui alios inducūt ad peccata verbo facto vel malo exemplo. sicut Jeroboam qui peccauit et peccare fecit israel. vt dicitur. iij. Regum. xiij.

manus dissolutas
Genua debilia
Pusillanimis
Prouerb.
filii Israel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Jeroboam / pp[ti] divisio

Qui sp[irit]u[ali]t[e]r cecidit a se ipso no[n] pot[est] surgere

Unde bene Jeroboam interpretatur diuisio populi Secundo dico q[uod] debemus proximum iam lapsum sub leuare vt resurgat. Qui enim spiritualiter lapsus est se ipsum erigere non potest. sed adiutorio indiget. et suble uandus est Unde Deutro. xxij. dicitur Si videris asinu[m] fratris tui aut bouem cecidisse in via no[n] despicies s[ed] sub leuabis cum eo Et exodi. xxiij. dicitur Si videris asinu[m] odiantis te iacere sub onere non pertransibis sed suble-uabis et cum eo Si igitur subleuandu[m] est iumentu[m] sub onere lapsum. quanto magis homo qui ceciderit sub o nere peccatorum et gemens dicit. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum. et sicut on[us] graue gra uate sunt super me De huiusmo[d]i lapsis d[icit] ps[almist]a. Ipsi obli gati sunt et ceciderunt. Talibus sic iacentibus dicendu[m] est q[uod] malum est cadere. peius est diu iacere. sed pessimu[m] est nolle surgere. Nam cadere frequenter contingit ex in firmitate vel ignorantia. iacere ex accidia vel torpore. s[ed] nolle surgere ex malicia vel disparatione. Proponatur ergo eis q[uod] quanto diucius quis iacet. tanto plus deum offendit. dyabolum letificat. seipsum laqueis inuoluit. tempus amittit. et maiorem sibi da[m]nationem acquirit. Sed heu quidam p[ro]ximum lapsum non subleuant. nec eum a peccatis reuocant. Nam videntes eum pertranse-unt. dimittentes eum. Ac si velint dicere. Ego non deie ci eum quid ad me vt eum erigam Ipse est causa sue rui ne. surgat si velit. Tales faciunt sicut sacerdos et leuita qui videntes hominem spoliatum et vulneratum in via iacentem tan[quam] alieni recesserunt dimittentes eum. Hos dominus ostendit reprehensibiles referens eis samari-tanum qui m[isericord]iam fecit in eum. vt dicitur Luce. x. Alij te nent iacentes ne surgant scilicet qui laudant et co[m]meda[n]t vicia eorum. Quod conqueritur Psal. dicens. Quo-niam laudatur peccator in desiderijs anime sue. et ini-quus benedicetur. Et si vicia sunt notoria excusant ea

Hortatio ad p[ro]x[imu]m

no[n] laudare p[e]cca[ta] proximi

not[a]

vel minus ponderari faciunt. ad excusandas excusatões in peccatis Et hoc est vnum de peccatis alienis scilicet peccatorem propter sua peccata laudare. Tercij vero eos qui in luto peccatorum prostrati iacent profundi⁹ calcāt scilicet qui inflammant eos ad peiora facienda. aut qui dissuadent penitentiam· aut etiam qui in desperationē mittunt. Hij designant per izabel que agab regem ad multa mala traxit. vt patet iij. Regum vltimo Sed vter q̄ male perijt. quia agab occisus fuit in prelio. vt patet. iij. Regum vltimo Et izabel deorsum precipitata et ab equis conculcata. et a canibus comesta fuit vt dicitur. iiij· Regum. ix. Sic igitur patet q̄ illi possunt dici cō culcari qui ad peiora trahuntur. de qua conculcatōne po test intelligi illud psalmi. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo Item conculcauerunt me inimi ci mei tota die Et hec de p̄io principali. Secundo prin cipaliter debemus proximum ad bonum et in bono p̄ mouere. quatinus ad eternam gloriam perueniat. Et hoc debemus per duo opera facere. Nam debemus eum abstrahere a mundo et ab inferioribus. et debemus eū trahere ad deum et ad superiora Quantum ad pri mum debemus proximum sollicitare vt fugiat mundū et ea que mundi sunt. Unde prima Johannis. ij. dicit· Nolite diligere mundum neq̄ ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo cōcupiscentia car nis est aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. Et iaco. iiij. dicitur Nescitis quia amicicia huius mun di inimica est deo. Quicunq̄ ergo voluerit amicus esse hu ius seculi inimicus dei constituitur Consideret igit̄ mūdus plen⁹ laqueis et periculis dolorib⁹ et angustijs temptationibus et peccatis. Consideret q̄ sit dolos⁹ q̄ tenebros⁹ q̄ lubric⁹ Consideret etiā q̄ mūd⁹ diligētes se excecat. inherentes maculat. et sibi cōsitentes ɔfundit

Ex huiusmodi considerationibus incipit mundus in animo arescere vbi floruat. vilescere qui placuerat. et amarescere qui dulciter sapuerat. Et sic homo abbominatur quod amauerat. deserit cui inheserat. et contēnit cui seruierat. Et cōsequenter homo bona facere proponit. proposita incboat. incboata perficit Incipit enim in eo eē timor domini qui eum iuuat quodammodo et cōpellit. Timet nanqꝫ ne tanqꝫ seruus inutilis ꝓijciatur in tenebras exteriores. ne tanqꝫ sterilis maledictionez incurrat ne tanqꝫ arbor infructuosa excidatur et in ignem mittat. Per hec igitur et hijs similia debemus ꝓximuz abstrahere a mundo et ab eius amore Quantum ad secūdū debemus ꝓximū dulciter trahere vt se conuertat ad deū et ad superiora Proponatur igitur sibi ꝙ gloria celestis in qua deus videtur et possidetur. est magna. multiplex et longa. Taz magna est ꝙ ē incōprehensibilis. taz multiplex ꝙ est innumerabilis. et tam longa ꝙ est interminabilis. Currat igitur homo vt mereatur brauiū. laboret vt accipiat diurnum denarium. et fideliter seruiat vtītret in domini sui gaudium. Sic ergo inardescet in celestibus animus cōuertens se ad deum sincera fide. plena spe. et perfecta caritate. Sed heu quidam trahunt alios a deo ad mundū. quibus displicet hoc ab alijs fieri qd̄ ipsi facere nolunt. et sic concipiunt odiuz in corde suo cōtra salutem alterius. deinde odium conceptum foris ostendunt dissuadentes aut impedientes bonum ab alijs fieri tandem vero cum bonum alienuz impedire nō pn̄t nituntur illud deprauare. male interpretari. et eorum famam detrahendo denigrare. que vtiqꝫ sunt opera penit⁹ dyabolica. quia directe contra honorem dei et salutez ꝓximi Tales igitur in hoc ꝙ conantur proximum ad mūdum trahere vel in eo detinere similes sunt egyptijs qui hebreos primo nolebant a se dimittere et postea eos dimissos insequebantur vt eos retraherent. sed omnes pe

Egipti

rierunt in mari rubro vt dicitur Exodi. xiiij. In hoc vero ꝙ impedire conantur eos ne bonum agant et ad deum tendant. similes sunt amalechitis qui filijs israel tendentibus ad terram ꝓmissionis bellum intulerunt vt dicitur Exodi. xvij. et ob hoc vsqꝫ ad intemitionem deleti fuerunt. vt dicitur. i. Regum xv. Istud est ergo debitum caritatis quo quisqꝫ obligatur proximo suo secū in hoc mundo degenti. quod vnusquisqꝫ soluere pro suo posse conetur ne debitum cadat in delictum. De huiusmodi debito caritatis scilicet trahendi proximū a malo ad bonum scribitur tale exemplum in paradiso Heraclidis episcopi Exemplum Dicitur eñ ibi ꝙ quidam serapion nomine vendidit se paganis mimis .i. lusoribus pro. xx. solidis. quos occulte seruans dominis suis fidelissime seruiuit. et in pane et aqua quotidie ieiunans sacras scripturas legere noncessabat. Cum autem domini sui viderent bonam vitam eius et fidele seruicium conuersi fuerunt ad dominum Et cum baptizati essent dimiserunt actus theatrales et sancte deinceps vixerunt Serapion vero videns eos conuersos obtulit eis pecuniam qua se vendiderat. et sic liber ab eis discessit. licet libenter eum secum tenuissent et sibi tanꝙ patri obedissēt. Similiter in Lacedemonia cū vidisset vnum de primoribus ciuium et omnes de domo eius manicheos, in eadem domo se vendidit. et per biennium deo seruiuit. et interim ipsum dominum domus et omnem eius familiam ab execrabili errore conuertit ad veram fidem dñi nostri Ihesu cristi qui est benedictus in secula seculorum: Amen.

Sermo tricesimussecuudus:

v Iso debito quo proximis nostris in hac vita degentibus obligamur. videndū ē de multiplici debito nostro quo illis qui ex hac vita migrauerunt obli-

amalechitis similes

gamur. Quorum scilicet quidam regnant in gloria. qui
dam torquentur in inferno. et quidam sustinent in pur-
gatorio. Igitur quantum ad beatos in patria regnã
tes dico ꝙ ipsi debitores et obligati sumus non vt eis
succurramus in aliquibus necessitatibus vel defectibus
cum tali succursu non indigeant. Sed in duob⁹ eis obli
gamur tanꝙ debitores. Primum est vt eos honore
mus quia honore digni sunt quorum vita honesta fuit
et finis gloriosus Ideo psa. dicit Mihi autez nimis bo
norati sunt amici tui deus Secundum est vt deum glo
rificemus et laudemus pro ipsis et ipsorum gloria. Nõ
enim ipsi possunt sufficienter et plene deuz laudare et ho
norare pro gloria que vltra et supra meritum ipsis colla
ta est. Ideo valde gratum habent vt pro ipsis dominuz
glorificemus. Sicut eniz psa. dixit ad dominũ Adijciã
super omnem laudem tuam. id est augebo laudem tuaz
sic homo debet dicere non solum verbo sed et facto bea-
tis. Adijciam super omnem gratiarum actionem quaz
deo facitis in hoc scilz ꝙ etiam propter gloriam vestraz
deum laudo. Laudemus igitur dominum in sanctis
eius. quia suam ineffabilem bonitatem eis largiflue ex
hibuit. Laudemus et sanctos in domino quia ipso con
cedente et cooperante regnum celorum possidere merue
runt. Idcirco sancta ecclesia instituit festa sanctorum cele
brari videlicet vt dominus laudetur in sanctis suis et ip
si laudentur in domino. Et quando hoc facim⁹ tunc su-
mus quodammodo adiutores beatorum et quandam
caritatem exhibemus ipsis. Sed queritur quomodo
ad id sumus obligati vt dicatur debitum nostrum. Re
spondetur ꝙ multis de causis istud dicatur esse debitum
nostrũ. Primo debemus eos honorare quia honoran
tur a deo. Rationabile enim est ꝙ seruus non contẽnat s;
honoret quez dominus suus honorat. ꝙ aũt deus eos
honoret p; ꝑ illõ dictũ Saluatoris. Jo. xij. Si qs mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

ministrauerit scꝫ in hac vita. honorificabit eū pater meꝰ
qui est in celis. Sed vbi: vtiqꝫ in regno celoꝝ. Et .i. Re.
xij. dicitur. Quicunqꝫ honorificauerint me glorificabo eū
Et quia beati sunt fratres nostri idcirco debemꝰ eis fra
ternam caritateꝫ ostendere vt deo pro ipsis et ipsoꝝ glo/
ria gratias referamus· Secundo quia ipsi sine intermis/
sione orant pro nobis Cognoscunt eñi miserias nostras
pericula et necessitates multo clarius ꝙ̄ nos plenarie ge
runt: mouentur orare pro nobis De hoc dicitur apo. v
Quatuor animalia et vigintiquatuor seniores per que
et per quos tota congregatio beatorum intelligitur. ceci
derunt coram agno habentes singuli cytharas et phia/
las aureas plenas odoramentorum que sunt oratiões
sanctorum. Item Apocal'. viij. dicitur. Ascendit fumꝰ
incensorum de orationibus sanctorū de manu angeli co
ram deo. Et si dicat' ꝙ hoc sit intelligendū de orōnibus
sanctorum in hoc mundo degentiū et non in celo regnā
tium Respondeo ꝙ si sancti in hac vita sic orāt pro suis
fratribus. quanto magis beati in patria qui vt dictū est
plenius agnoscunt necessitates nostras et maiori carita
te afficiuntur ad nos ꝙ̄ sancti in hac vita degentes. Ter
tio quia beati gaudent et nobis ꝯgratulantur quādo cō
uertimur a peccatis et vitam emendamus ac per bona
virtutum exercitia salutem nostraꝫ operamur. vident eñi
nos esse conciues suos futuros et ad eos per vitā bonaꝫ
tendere. et sic congratulantur nobis et nostrum aduentū
desiderant Nam si gaudiuꝫ est angelis in celo super vno
peccatore penitentiam agente. vt dicitur Luce. xv. quan
tomagis gaudium erit confratribus nostris qui aliquā
do cōsortes nostri fuerunt in hoc exilio et nos expectant
cum sine nobis coꝝ gloria non erit ꝯsummata. Si ergo
ipsi gaudēt de salute nostra nos debemꝰ gaudere et cum
gaudio laudare deū de gloria ipsoꝝ Quarto qꝛ ipsi
nobis reliquerūt vestigia salutis eterne per vitā exēplarē

Quatt͛ animalia & 24 senior.

per doctrinam salutarem. et contemptum terrenorum. et tollerentiam passionum. ac si non solum verbis sed et vita dixissent Aspicite nos considerate quia sic pcedimus ad gloriam. sic sequimini. Unde qui bonum exemplum alteri prebet. quantum in se est alterum trahit et viam docet ad regnum celorum. Idcirco ille alter siue sequatur siue non obligatur tamen ipsi ad gratiarum actionem: Exemplum De honore cuidam sancto per quendam exibito tale exemplum ponitur in libro de apibus. Intheutonia miles quidam ad deponendam herbam de prato conduxerat falcatores Illis ergo falcantibus in vigilia cuiusdam sancti cum vespere pulsarentur vnus eorum dixit. Desistamus ab opere quia vespere pulsantur Illis vero nolentibus et socium deridentibus cessauit ab opere Tercio autem die ad opus rediens. cum eum longe post alios retro falcare oporteret. risus et cachinnos patienter sustinuit. Mox vero vbi manum ad falcem posuit dragmam auream mire ac inuise latitudinis ante se in surculo graminem pendentem vidit. Curuatis ergo humiliter genibus dominum benedixit Quo clamante accurrerunt socij accurrit et miles pratorum dominus. vident miraculum. scripturamque miles litteratus in nummo voce prima legit. Que vt interpretari potuit hoc continebat: Manus dei me compegit et in domum me redegit pauperi qui non infregit. diem sancto celebrem Hanc dragmam vxor militis centum fere marcis erga pauperem emit. et multis ad honorem dei postmodum ostendit. Quantum ad dannatos dico quod eis proprie non obligamur. quia eos liberare non possumus nec subuenire. Nisi quis forte dicere velit quod remittendo eis iniurias vel calumpnias aut persecutiones quas alicui in corpore aut rebus. aut fama. aut aliter intulerunt. aut restitutionem faciendo iniuste acquisitorum eorum tormenta releuentur. Sed huiusmodi remissio vtique debet fieri siue eis subueniat siue non

Hoc tamen certum est q oratio pro dānatis facta peni- tus eis non pdest. Idcirco Aug. dicit q si matrem suaȝ sciret esse damnatam. non plus pro ea oraret q pro dia bolo Exemplum. Legitur in libro de apib9 q san cta Maria de ognies rogabat dominū cum lacrimis vt de anima matris sue defuncte eā certificaret Quadā igi tur die infra missam horrore concussa vidit prope se qua si spiritum tenebrosum stare Factoq3 signo crucis quesi- uit quid esset Respondit. ego sum mater tua ppetuo dā nata Maria quesiuit causaȝ dānationis Et cū dixisset q de iniuste acquisitis et vsuris scienter vixisset. statim dis paruit. Quo audito Maria flere cessauit et iustum iudi- cem benedixit eiq3 in sentencia concordauit Exemplū

Cesarius tamen ponit quoddam exemplum. ex quo videtur satis patere quod per restitutionem male acqui- sitoꝝ. aliquando dānatorum pena minuatur Ait eñ q mortuo Ludouico lantgrauio hassie qui fuerat predo. tirannus. exactor populi. spoliator ecclesiarū. et plenus vicijs. filius eius Ludouicus magna munera pmisit si quis ei statum patris sui veraciter ostenderet. Unde miles quidam accessit ad fratrem suuȝ clericū nigromā- ticum. et vix p̄cibus obtinuit vt dyabolum aduocaret et de hac re quereret Quo vocato dixit cleric9 Penitet me tanto tempore recessisse a te Indica mihi obsecro vbi sit anima domini mei lantgrauij Ait demon Si vis mecū pergere ego tibi eam ostendam. At ille vtiq3 facerem si possem absq3 periculo meo Cui demon Iuro tibi p al- tissimuȝ et per eius tremendum iudiciuȝ quia te in colu- mem ducam et reducam Igitur demon duxit eū ad por tam inferni vbi vidit horrēda loca et diuersa penaꝝ ge- nera et demonem quēdam sedenteȝ super puteū opertū et clamanteȝ ad demonē qui eum portauit quis est ille quem portas: Adduc eum huc Cui respondit Amicus noster est cui iuraui vt eum non lederem. sed ostenderem

orō pro dānatis nō eis prodest

no. dānator pena aliqn minui per restitu male ablatorum

sibi animaʒ domini sui ετreducerem. Tunc opera illo a moto demon ille tam valide buccinauit quasi cuʒ tuba ꝙ clerico videbatur totus mundus sonare. Post horā vero cū flāma sulfurea lātgrauius ascēdit et clerico dixit Presto sum ille miser lantgrauius. et vtinā nunꝙ natus Cui clericus Missus sum a filio vestro videre statum vestrum et sibi renunciare Cui ille. Statum meū vides. Si tamen filij mei bona ecclesiarū per me ipsis derelicta restituerēt. leuius haberem. Et hoc dic pro signo eis. quod nemo nouit nisi ego et ipsi. Accepto igitur signo et lantgrauio reimmerso. clericus per demoneʒ reductus est. verba patris filijs retulit. et signum dixit. Sed illi signum agnoscentes bona restituere noluerunt. Clericus vero ordineʒ cistercien sis dimissis omnibus intrauit. Exemplum

Audiui ego de quodam diuite et notabili viro qui morti appropinquans seniorem filium suuʒ Johannē nomine quaʒ et ego noui ad se vocauit eiq̄ʒ dixit. ꝙ vnā curtim quam expressit iniuste possedisset. supplicans vt eam restitueret Cui filius hec vel similia verba respōdit Pater vos fuistis homo prudēs et bene ac iuste vixistis non credo ꝙ aliqua bona male acquisita possideretis. Et sic patre decedente filius candā curtim possidit. nullamq̄ʒ restitutionem fecit Predictis tamen non obstātibus nos statum dānatorum considerantes. duo documenta inde trahere debemus. Primū est vt abijciamus fugiamus et caueamus peccata mortalia que ad tā horrendum et miserabilem finem perducunt. Et licet sint tēporaliter commissa. tamen eternam penam iuste merent Et hoc ideo quia peccator peccauit ↄtra bonum infinitū Idcirco per peccatum incurrit penam interminatam. Item quia ignis inferni non est purgatorius sed solum puniti uus Ideo peccata semper remanēt. et per ↄsequēs pena non cessabit. Item quia post hanc vitā nec est locus nec tempus penitentie. ideo non fit remissio peccatoruʒ.

Ignis inferni;

post mortem non est locus penitentie

Alias rationes omitto causa breuitatis Secundū documentum quod sollicite debemus timere occultum dei iudicium est per quod multi damnati sunt qui satis bene in vita sua vixerunt. sed circa finem peccauerunt. et in peccato mortali mortui fuerunt. Multi vero per oppositum diu male vixerunt. sed circa finem penitentes dānationem illam euaserūt Ideo psal. benedixit. Iudicia tua abyssus multa Quia enim discutere et perscrutari non potuit equitatem diuinorum iudiciorum. ideo appellauit ea abyssū. nec solū abyssū sȝ et abyssū multā. i. multiplicem vel multiformem. Timeamus ergo iudicia dei sicut psal. de se dicit A iudicijs enim tuis timui Et petamus cum psal. dicentes. Non intres in iudicium cū seruo tuo Est tamen quoddam iudicium misericordie dei desiderabile. scȝ iudicium misericordie cuius documentū magis trahitur a beatis ꝙ dānatis Unde psa. Iudicia tua iocunda. Item Letetur mons syon. et exultent filie iude propter iudicia tua domine Quantum ad animas existentes in purgatorio notandum est ꝙ frequenter in dictis doctorum anime exute a corporibus dicuntur eē in purgatorio ꝙdiu non sunt in regno celorum. Nam licet alique earum non patiantur sensibiliter aliqua tormēta tamen dilatio glorie et visionis diuine ipsis est multo grauius. et pro purgatorio eis deputatur quousqȝ ad regnum celorum perueniant. Anima enim separata a corpore nullam habet requiem nisi in visione et fruitiōe dei. Exemplum De hoc Cesarius tale ponit exemplum in heesterbach domo cisterciensis ordinis quidaȝ iuuenis monachus vuilhelmus nomine. nobilis genere sed virtute nobilior defunctus est. qui statum post mortem cuidam monacho apparens. de statu requisitus dixit se esse in penis. Quo audito cum alter fleret et diceret. si tu es in penis qui nunquam peccasti. quid de me peccatore mihiqȝ similibus erit.

Purgatorium

Anima a corpore separata non [illegible]

Ait noli flere quia nullã penam habeo nisi qꝫ nondum vidi deum. Et adiecit Ach qꝫ clarum est qꝫ statim veniet ante deum. Roga inquit ex parte mea dominũ abbatẽ vt in capitulo pro me orõnes ad tempus iniungat. et ipse pro me dicat collectam de sancto michaele. Quod cũ factum fuisset. septima die apparuit eidem monacho et se liberatum dixit. His pmissis notandum est qꝫ animabus existentibus in purgatorio debemus et obligamur impendere caritatis et miẽ opera tanqꝫ pauperib⁹ scdm que dominus iudicabit tam bonos qꝫ malos. De quibus dicit̃ Mat. xxv. Esuriui enĩ et dedistis mihi manducare etc̃. Ipse nanqꝫ anime purgatorij esuriunt et sitiunt. nude sunt. exules sunt. infirme sunt. et incarcerate sunt. Esuriunt panem filiorꝫ regnã tium. sitiunt fontem aque vite. petunt induí vestimento salutis. recipi ad hospitium celeste. curari ab infirmitatib⁹ id est penis quas sustinent. et liberari de carcere in quo captiui tenentur. Subueniamus ergo ipsis quatinus per miam a penis et carcere liberate trãsceant cũ gaudio de exilio in domũ habitatõis superne. et ibi induant̃ veste glorie. ac a cibo et potu beatorꝫ perpetue sacientur. Sunt aũt sex suffragia siue adiutoria quibus homines in hoc mũdo viuẽtes pñt succurrere animabus in purgatorio existentibus. Primũ est oratio. et specialiter si fiat ab hijs q̃ in grã dei sunt. quia tales faciliter impetrant non solum pro se sꝫ et pro alijs viuis et defunctis. Vñ. ij. Machabeorꝫ. xij. dicitur. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluant̃. Secũdũ est ieiuniũ et specialiter ad quod ille viuens non est obligat⁹. quia tunc potest hoc facere pro alio. Si vero quis ieiunet quãdo ꝓpter preceptum ecclesie vel alia de causa ieiunare tenetur tunc parum aut nihil potest alteri. Et hoc nomine ieiunij intelliguntur omnes afflictiones corporis. vt sũt vigilie. flagellationes asperitates vestiũ duricia lectorꝫ.

Collecta s. michaelis

Anime in purgat⁹ egent nris auxilijs

Sex quibus subuenimus animabus in purgatorio. 1 oro. 2 elmosina 3 ieiunium 4 sacrificium 5 peregrin. 6 satisfactio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et sic de alijs Terciū est peregrinatio. et specialiter illa que est approbata autentica et indulgentijs apostolicis decorata non solum pro facientibus eas. sed et pro illis pro quibus fit. Sicut est peregrinatio ad sepulcrū dñi. ad limina apostolorum. vel ad sanctū Jacobum. Alie vero peregrinationes que nō sūt sic manifeste priuilegiate. sunt tamen meritorie Quartum est elemosina data pauperibus vel religiosis personis quia tales obligant orare pro illis pro quibus elemosina datur. Unde de elemosina dicitur Thobie. iiij. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat. et non patitur animas ire in tenebras. Et post pauca Ipsa est que purgat peccata et facit inuenire miam et vitam eternam. Quintum est oblatio ad altare. Unde in veteri testamento pro certis peccatis delendis certe ac determinate fiebant oblatiões Et ij. Machabeorum. xij. dicitur ꝙ vir fortissimus Judas collatione facta. xij. milia dragmas argenti misit iherosolimā offerri ea ibi pro peccatis mortuorum Et specialiter valet ad hoc oblatio benedicti sacramenti. quod super oīa suffragatur animabus Sextum est satisfactio pro defunctis facta. vt si quis non soluit debita sua in vita. ꝙ illa per alium soluantur Uel ꝙ lesis aut damnificatis per ipsum satisfaciat. vel si pñiam iniunctam in toto vel in parte non soluit nec perfecit ab alio soluatur. Et etiā ipsis prodest penitentia ab alio sponte assumbta. et pro ipsis defunctis facta. De hijs possent multa exempla adduci que causa breuitatis dimitto. Hijs predictis modis possumus succurrere defunctis et psoluere debitum quo eis obligamur. ipsi nanque sunt mendici qui sibi subuenire non possunt. et sine intermissione clamant ad nos petentes misericordiam. ac si quilibet eorū dicat illud Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Misereamur ergo eorum quatinus et deus noster misereatur in-

Jnr. virtute Elemosine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

dulgendo culpas nostras et penas pro eis debitas qui est benedictus in secula. Amen

Sermo tricesimustercius

d Icto de debito humano quo diuersis hominum statibus diuersimode sumus obligati. dicendum est nunc de debito diuino. quo scz ipsi deo sumus obligati. Quod vtiqz maius et multiplicius est q̄ debitum humanum prout infra declarabitur. Sunt aūt multa que nos obligant et debitores deo nos faciunt. Primum est beneficium creationis. scz quia nos fecit quando non eramus. et tam nobiles creaturas fecit et omnibus alijs creaturis corporalibus pfecit Et q nos in eē naturali conseruat Propter hoc beneficium obligamur deo de anima nostra ad sui similitudinem facta. et de oībus potentijs et viribus anime De corpore et omnibus menbris eius. De quinqz sensibus exterioribus. De sanitate fortitudine et perfectione corporis et menbrorum de nutrimento corporis quotidiano ceterisqz ad necessitatem vtilitatem aut commoditatem concessis. Item obligamur deo pro omnib⁹ creaturis inferiorib⁹. eo q pfectiores et nobiliores illis oībus nos fecit Item obligamur pro omnibus creaturis que nobis seruiūt et quodammodo subsunt. sicut sunt corpora celestia. elementa et elementata Cōsideret ergo homo et numeret si potest omnes creaturas quibus platus est numeret celos et orbes eorum planetas et stellas nobis suis luminibus et motib⁹ et influentijs seruientes. numeret elementa et elemētata et omīa que ex eis ad vsuz nostrum cōsequimur. Numeret etiam nō solū annos et dies et horas sz et oīa momēta vite sue quib⁹ deus cum in vita cōseruat et gubernat Et cū considerauerit ista fore innumerabilia perpēdat q̄tum obligef deo per istud beneficium creatiōis

Qui nos deo obligant

beneficium creationis

1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et cōseruationis in esse naturali Secundū est beneficiū 2 beneficium salvationis
recreationis vel saluationis nostre scꝫ ꝙ filius dei ꝑ no
bis fcūs ē homo in hoc mūdo trigintatrib⁹ annis vixit
laborauit. passus fuit. et tandem mortu⁹. Propter hoc
beneficium obligatus ē homo deo. quia descendit se hu
miliauit. naturam humanam nostram cuꝫ naturalibus
necessitatibus et defectibus assumpsit. ouem perdictam
laboriosissime quesiuit sibi non pepercit. et tandē per a-
marissimaꝫ passionem sponte toleratam vitam finiuit.
Consideret igitur homo si potest distantiam dei ab hu-
mana natura quo ad dignitatem et ꝑfectionem. et inue-
niet eam infinitam eo ꝙ infiniti sunt gradus ymagina-
biles scdm sub et supra inter deum et hominē Et tamen
deus dignatus est se sic humiliare et descendere vt hūa-
nam naturā sibi copularet et in vnitate ꝑsonali sibi vni-
ret. Item consideret totum temp⁹ vite xpi et omnia mo-
menta illius temporis a principio vsqꝫ ad finem pro sa-
lute nostra dispensata. Consideret omnia vestigia pedū
xpi omnia opera. omnes labores. fatigationes et incō-
moda in fame. siti. frigore et calore. Consideret omnes
contumelias. insidias. persecutiones. et obprobria. Cō
sideret et numeret omnes guttas lacrimarum sudoris et
sanguinis effusi Consideret omnes liuores. plagas. et
puncturas virgarū. flagellorꝫ. spinarū. cum quinqꝫ vul-
neribus et vniuersis passionibus interioribus et exterio
ribus ac morte crucis turpissima. et cuꝫ inuenerit homo
hec esse inumerabilia ꝑpēdat quātum sit deo obligat⁹.
3 Tertiū est beneficiū exaltationis nature scꝫ ꝙ fili⁹ dei in beneficium exaltationis nature humane
sua ꝑsona naturā nostrā collocauit suꝑ omēs celos ad
dexterā sui pris eāqꝫ tm̄ glorificauit quātū possibile est
creaturā glorificari Unde hō debitor est dei ꝓpter multi
plicem gloriam quā filius dei suscepit et habet in natu
ra nostra quia per illā totū genus humanum est nobilis
sime exaltatū. in tantum ꝙ scōꝫ Bre. in quodā sermone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.30

Angeli pertimescant hominem coraz se prosterni et eos adorare .i. excellentem honorez impendere .put ante xpi saluatoris nostri aduentum ab hominibus sanctis fieri permiserint. vt patet de Loth et iosue. Timent enim illaã naturam corã se iacere prostratam quam reuerant supra se in xpo sublimatam Consideret igitur homo si possit omnes prerogatiuas dignitates et excellantias humanitatis xpi super omnes craturas et quod in hoc ptulit hoiem angelis quod humanam assumens naturam angelicam nõ assumpsit Cõsideret quomõ xps tanquam aduocatus noster interpellat pro nobis Et quomodo beatam Mariam sororem nostram in matrẽ suam elegerit. ad dexterã suã sublimauerit et aduocatam nostram fecit. Cõsideret quõ deus angelicos spiritus non solum sibi sed et nobis seruire deputauit. iuxta illud ad Hebre .i. Omnes sunt am ministratorij spũs in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiant salutis. Consideret etiam quod xpus non solum eruit nos de potestate demonũ. sed etiam dedit nobis potestatem et virtutem ipsos superandi et conculcandi. Et cum inuenerit hec ineffabiliter nobis eẽ salubria et gloriosa. perpendat quid et quantum deo teneatur. Quartum est beneficium ditationis nostre Naz nos qui pauperes fuimus supra modum maximis donis suis dotauit et diuites fecit Propter hoc homo debitor est dei donis gratie. de donis spiritussanti. de septẽ sacramentis. et de meritis xpi. Consideret igitur homo multiplices grãs dei scz puenientes. pcomitãtes et subsequẽtes. Nec solũ datas et acceptas. sz etiaz psentatas et exhibitas. quia dona dei nos obligãt nõ solũ que accipimus sed etiã ea que nobis exhibita fuerũt vt acciperemus. Consideret dona spũssanti. et quam multa bona spũs sanctus per ea in nobis operatur tam quo ad vitã actiuaz quam quo ad contemplatiuam Consideret sacramenta ecclie et misteria in ipsis contenta. et quomodo sunt remedia

viciorum et adiumenta virtutu3. et q̄ necessaria et q̄ vtilia sint pro salute nostra. et specialiter q̄ dulciter et q̄ efficaciter q̄q3 salubriter sacramentum eucaristie animaz nutriat et impinguet. Consideret etiaz merita xpi que ipse in hac vita non sibi. non pro se. sed nobis et pro nobis et nobis meruit. et ea in gremiu3 matris nostre sc3 sancte ecclesie tanq̄ thesaurum reposuit. vt ad ipsa liberum possimus habere accessum Et cū homo cognouerit hec dona dei esse inestimabilia ppendat qualiter et quantū deo sit obligatus. Quintum est beneficiū instructōis nostre. Nam cum anima nostra sine sapientia sit creata et tanq̄ tabula rasa non depicta. nulla cognitione sit illuminata. et cum omnis sapientia nostra sit a deo vt dicit Eccl. i. sequit q̄ de omni noticia vel cognitōe nr̄a sum⁹ deo debitores Cōsideret igit hō vniuersas xpi doctrinas quibus veritatem. fidem sapientiam et discretionem docuit. quibus vicia reprehendit. et homines a peccatis reuocauit quibus virtutes ꝯmendauit. et homines ad castraxit et prouocauit. quibus etiā de penis inferni terruit et quibus regnum celorum promisit. Consideret etiam que sancti doctores ta3 veteris q̄ noui testamenti inspirante deo docuerunt. que scripserunt. et nobis in scriptis ad perpetuā memoriam reliquerunt Cōsideret nihilominus quotidianas īspiratōes q̄s de⁹ īspirat et occulte īfūdit ac si magistrū quēdā habeat inter⁹ ip3 incessanter instruentem. Et cum inuenerit omnes has dei doctrinas innumerabiles cognoscat se multū obligari deo. Sextū ē bn̄ficiū misericordie dei in tollerando peccatorē Non solu3 cum tolerat eum quando peccat. sed etiam tolerat eum in peccato iacentem et peccato peccatum adijcientem. Insuper multis modis ad penitentiā eum vocare nō cessāt. Consideret ergo peccator magnitudinē et multitudinē dei mie super ipsum secundum magnitudinem et multitudinem peccatorum suorum in eo q̄ non statim vindi

5. bn̄ficiu instructionis ho[...]

6. bn̄ficiu mie dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

ctam infert pro peccatis perpetratis. Alias enim cre-
ature deberent contra ipsum insurgere et vindicare iniu-
riam deo factam Et exigente iusticia dei debere. in pun
cto descendere in infernum. Consideret etiam per quan
tum tempus et per quot momenta temporum deus eum
tolerauit quasi patienter expectans emendationem ipi⁹
et conuersionem. Ac si velit deus ostendere ꝙ inuite fa-
cere debeat vltionem de ipso Consideret nihilominus
ꝙ multis et diuersis modis tam occulte ꝙ manifeste de
us eum vocet trahat et moneat intus et foris. Interdum
dure comminationibus et flagellis. Interdum vero
blande promissionibus et beneficijs. Nunc terret vt ho-
mo timeat. nunc blanditur ne desperet. Et in hijs omni
bus potest homo perpendere quantum deo teneatur.
beneficium defensionis a malo 7 Septimum est beneficium defensionis a malo quod ho-
mini superueniret et accideret si deus eum non custodi-
ret. Consideret igitur homo ꝙ a multis malis corpo-
ralibus deus eum preseruauit. et preseruat scilicet ab in-
firmitatibus lesuris lapsibus pressuris et alijs multis
homini penitus ignotis. Consideret etiam ꝙ in ani
ma preseruatus est et preseruatur a multis peccatis a gra
uibus temptationibus quibus faciliter potuisset et pos
set superari Nec permittit sicut nec vnquam permisit eum
temptari supra id quod potest Et quod amplius est ipsum
adiuuat consolatur confortat et vincere facit sicut et sem
per quantum in se fuit fecit Consideret insuper ꝙ quo
ad exteriora bona preseruauit et preseruat eum a multis
damnis et periculis. ab infamia et a malo nomine. Con
sideret nihilominus quomodo ille mille artifex dyabo-
lus sine intermissione circuit hominem tanquam leo rugiens
querens quem deuoret Contra cuius insidias. astu-
tias. fraudes. infestationes et impugnationes nullus
subsistere posset nisi a deo specialiter et singulariter cu-
stodiretur. Ipse namque dyabolus est valde potens et

ex natura et etiaz per experientiam longã astutus ex ma
licia seuissimus. et ex inuidia est homini multum infes⁹
et importunus. Octauum est beneficium gratificati
onis. nam venientes ad se benigne recipit peccata eis re
mittit: gratiam infundit. et heredes regni celestis con/
stituit. Consideret igitur homo abissum diuine boni
tatis in se et sue benignitatis in nobis eo ꝙ peccatorem
qui contumaciter ab eo recessit. dorsum sibi in faciem de
dit. cum audire contempsit. et in multis cum alijs etiaz
scienter offendit: ꝙ inquam illum aliquando reuertentẽ
ymo contractum et quasi compulsum dulciter et benigne
recipit et osculatur. Consideret que qualia quanta et
quot peccata remittit. Quis peccata que commisi ple
ne discernere ponderare numerare sufficiat: certe nullus.
Dicit enim psalmista. Comprehenderunt me iniquita/
tes mee et non potui vt viderem: Multiplicate sunt
super capillos capitis mei etc̃. Et Manasses rex iuda per
flagellum captiuitatis in cognitionem sui et suoruz pec
catorum veniens legitur dixisse. Peccaui super nume
rum arene maris. multiplicate sunt iniquitates mee.
Et dato ꝙ quis posset numerare peccata oris et operis
quis numerare poterit peccata cordis: Dato etiam ꝙ a
liquis omnia peccata cordis et oris et operis posset dis/
cernere et numerare. quis etiaz discernere poterit aut nu
merare peccata omissionis et amissionis quibus homo
bona que potuit vel debuit facere non fecit sed omisit:
quibus etiam tempus amisit. et bona que prius habu
erat Consideret etiam gratiam post remissionem pec
catorum infusam et quomodo per eam multa bona fa
cere proposuit. et proposita ad effectum perduxit. in vir
tutibus se exercuit. a malis se abstinuit. et ampliorem
gratiam sibi dari promeruit. Consideret etiam in
super quomodo sit a tormentis inferni que promeruit
quodammodo liberatus et quitatus est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Obligatur enim deo non minus quam cum tormenta que meruit intrare non permisit. quam si ab ipsis tormentis cum liberasset. Quis igitur illa tormenta perfecte considerare et ponderare ad omnia sufficiat que tam multa et magna et grauia sunt quod intolerabilia esse dicantur. et tamen miseros ea tolerare et sustinere oporteat. Et specialiter illo considerato quod ipsa perpetua sunt et nullo fine determinanda. Tandem etiam consideret quomodo porta celi sibi est aperta et peruia. et quod ipse inter ciues illius superne ciuitatis tanquam heres et conciuis est deputatus Et etiam numeret ac ponderet quantum possit quam magna. quam multa: quam infinita. et quam interminabilia sint illa celorum gaudia que deus preparauit omnibus diligentibus se. Et cum illa comprehendere et perscrutari non sufficiat: aduertat quantum deo debeat et teneat Et si homo nunquam ea que sibi preparata sunt accipiat. tamen obligatur deo qui illa sibi preparauit et cum ad illa possidenda vocauit. Ex predictis omnibus manifestum est consideranti quod modicum ymo quasi nihil est totum quod facimus respectu illius quod facere tenemur. De hoc dicit Crisostomus in quadam omelia Si totum tempus vite huius occupent obsequia laudes teneant. gratiarum actiones insistant. non potens recompensare quod debes Sit excellens hominum meritum. sit nature iura conseruans. sit legum iussis optemperens. fidem impleat. iusticiam teneat. virtutes exerceat. damnet vicia. exemplum semetipsum imitantibus prebeat nihil est respectu eius quod debet. hec ille. Hec et huiusmodi debita ineffabilia et inscrutabilia quibus deo sumus obligati habuerunt sancti pre oculis qui pro aliquali recompensatione et gratiarum actione mundum et omnia desiderabilia mundi contempserunt. seipsos et sua membra seruicio dei deputauerunt. Insuper etiam pro christo grauissima et amarissima tormenta pertulerunt. mortemque corporalem non solum patienter sed et alacriter ac desiderantem

no. quantum homo deo debeat

ter subierunt. Et tamen in hijs omnibus se quasi nihil respectu debiti sui se fecisse aut sustinuisse reputauerunt. Et quoniam de hoc in cronicis in hystorijs et in legēdis sanctorum innumera ponunt exempla. Ideo de huius modi exemplorum positione supersedeo pro presenti. Hoc tamen in fine dicere dignum iudico vt ad min⁹ quātum possumus debitum nostrum agnoscamus. pre oculis habeamus et ponderemus. ac deo nostro cum alacritate spiritus seruiamus. Et cum omnia que pcepta sunt nobis et que possum⁹ fecerim⁹. inutiles seruos dei nos estimemus. Et vt aliquid deo pro vniuersis beneficijs suis rependamus. humiliter ad abissalem thesaurū meritorum xp̄i recurramus. et ex illo tanq̄ꝫ de suo. non tanq̄ꝫ de nostro. debitum nostrum aliqualiter soluamus. Ipso eodem domino Ihesu xp̄o hoc prestante qui sup omnia est benedictus in secula. Amen

Sermo tricesimusquartus.

D Ictum est superius de multiplici debito quo deo et proximo nostro sumus obligati. et q̄ꝫ si hui⁹ modi debitū non soluerim⁹ peccem⁹. et debitū nostrū aggrauem⁹ et accumulem⁹ pter q̄ꝫ dn̄s nos docuit quotidie petēdo dicere Dimitte nobis debita nostra id est remitte et idulge pctā q̄ b⁹ te offēdim⁹ nō faciēdo qd̄ facere tenemur vł faciēdo quod facere phibemur idcirco nūc dicere restat de illa cōditōne quā dn̄s huic petitioni apposuit videlicet. Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Est eni3 quinta petitio nostra in oratione dominica sic conditionata. quatinus sit rationabilis et a domino mereatur exaudiri. Nā irrationabilis petitio non est digna merito exaudiri. Si ergo volumus a domino nobis dimitti debita nostra que multa et magna sunt. dimittam⁹ debitoribus nostris ea que pauca et parua sunt. Sunt

Quib⁹ mouemur ad dimittendum iniurias proximis sunt hec.
naturalis conformitas
Cristi exemplum
preceptum xpi
remissio peccatorum nostrorum
incursio plurimorum malorum
Tres regule

autem multa que nos merito mouere debent vt dimitta
mus debitoribus nostris. Primum est naturalis con
formitas Naz ab eodem conditore eque perfecti quo ad
animam creati sumus ex eisdem elementis sum⁹ corpo
raliter plasmati. ab eisdem primis parentibus sumus ge
nerati. eodem baptismate sumus renati. eodem sanguie
sumus redempti. et ad eandem gloriam sumus vocati.
Quorum prima tria confirmitatem corporalis nature et
alia tria conformitatem spiritualis gratie representant.
Ideo merito debemus inuicem diligere sic vt in necessi
tatibus inuicem succurramus. et debita mutuo dimitta
mus. Ex hac conformitate nature vel gratie trahuntur
tres regule fraterne caritatis que possunt dici naturales
vel legales. ymo verius diuine Prima est q̄ proximū
nostrum debemus diligere sicut nosmetipsos patet hec
regula Mathei. xxij. et Luce. x. et q̄uis Leui. xix. dicat
Diliges amicum tuum sicut teipsum. tamen. lxx. interp
tes transtulerunt. Diliges proximum etc. per hanc com
pellimur dimittere debitoribus nostris Nam sicut velle
mus nos esse sine debitis sic etiam debemus velle de p
ximis. et si hoc volumus tunc dimittim⁹ eis debita. Et
facimus eos sine debitis esse quantum in nobis est. vn̄
si non dimittimus eis aut omnino non diligimus pro
ximos aut non diligimus eos sicut nos. Secunda re
gula est vt faciamus proximis nostris sicut vellem⁹ no
bis fieri ab eis. Hec regula habetur Mathei. vij. vbi di
citur. Omnia quecunq̄ vultis vt faciant vobis homi
nes et vos facite illis Hoc est enim lex et prophete. hec
ibi. Per hanc regulam astringimur debitoribus nr̄is
debita dimittere. quia sic vellemus et gratum habere
mus vt facerent nobis Quis enim tam peruersus est in
imic⁹ caritatis et pacis qui non vult sibi dimitti quere
lam quam proximus habet forte contra eum. Et si hoc
non velit videtur esse inhumanus et hostis humane na

lex nature et euangelii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

ture: Tertia regula est vt non faciamus proximis no
stris quod non vellemus nobis fieri ab eis Hec regula
habetur Tho. iiij. vbi dicitur. Quod ab alio odis tibi fi
eri vide ne alteri aliquando facias. Per hanc regulaz
quam ille bonus pater docuit filium astringimur nullū
debitum retine proximis in cordibus nostris. quia hoc
non vellemus nobis fieri. Secundum principale moti
uum proximo dimittendi est exemplum christi qui nos
verbo docuit vt exēplo et dimittamus debitoribus nr̄is
Primo nanqꝫ docuit verbo. nam illam conditionem
apposuit in oratione quam composuit vt patet Mathe.
sexto. et Luce decimo. Unde cum petrus dixisset domi-
no. Domine quotiens peccabit in me frater meus et di-
mittam ei vsqꝫ septies: Dominus respondit. Non dico
tibi vsqꝫ septies sed vsqꝫ septuagesies septies. vt patet
Mathei decimooctauo In quibus tamen verbis do
minus secundum Augustinum non intendebat ponere
terminum finalem seu extremum sic ꝙ si quis peccaret
contra aliquem vltra septuagesies septies sibi non debe
ret remitti. eo ꝙ ille malus seruus qui noluit centum de
narios id est centum delicta remittere. reprehensus et pu
nitus fuit a domino Mathei xviij. Sed per septena-
rium vndecies replicatum intelligitur vniuersitas deli-
ctorum. Item dominus docuit facto. nam peccatores
qui deliquerunt contra ipsum benigne suscepit peccata
remisit et etiam penam aut corporalem infirmitatem ꝓ-
pter peccata inflictam abstulit Item cum crucifigere
tur pro crucifixoribus orauit dicens. Pater dimitte eis
quia nesciunt quid faciunt Luce. xxiij. Nec dubiuz quia
ipse quantum in se fuit eis remiserit pro quibus orauit.
Et quia dominus non frustra nec inaniter aut infructu-
ose orationem fudit. dicunt quidam vt in euangelio na
zareorum legitur. ꝙ vigore illius orationis quam do-
min⁹ cū crucifigeret effudit. cōuersa fuerūt illa tria milia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

hominum in die penthecostes vt scribitur Actuum.ij. Quod licet scriptura sacra vel canonica non asserat. non tamen omnino reprobandum videtur. Hoc exemplo beatus Stephanus prothomartir et primus imitator xpi per passionem mortis cum lapidaretur flexis genibus orauit dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Act. vij. Et virtute illius orationis legitur saulus persecutor fuisse conuersus et paulus predicator Similiter legitur de Jacobo minore precipitato de pinna templi. et de multis alijs sanctis quod non solum suis persecutoribus dimiserunt. sed etiam pro illis orauerunt Tertium principale motiuum dimittendi proximo est preceptum dominicum. quod vtique magis obligare videtur quam eius exemplum vel documentum Ipse namque dixit Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos Johannis xiij. Item Jo. xv. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Item ibidem. Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Certum est autem quod qui non dimittit delicta vel debita non diligit sed magis odit proximum. ideo facit contra preceptum domini Nec valet si quis dicat hoc intelligendum fore de amicis cum dominus etiam expresse preceperit inimicos diligere. eis benefacere. et pro eis orare. vt patet Mathei. v. Nullus enim cordialiter diligit alium nec efficaciter orat pro eo nec sponte benefacit ei cui non vult dimittere vel indulgere. Etiam non fuisset necessarium preceptum dari vt diligeremus amicos aut benefactores. quia ad hoc natura inclinat et iusticia compellit. vbi etiam homo modicum vel nihil mereretur. Unde Mathe. v. dicitur Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis Nonne et publicani hoc faciunt Et si dicatur psalmista dicit Iniquos odio habui. Nec hoc dicit quasi male fecerit. sed potius quod in hoc voluntatem dei impleuerit et se deo confirmauerit qui odit iniquos. iuxta illud psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem

Respondetur q psal. intendit dicere q iniquorum iniquitatem odio habuit sicut alibi expressius dicit. Iniquitatem odio habui Non enim odienda est natura quam deus fecit et conseruat. sed iniquitas quam homo contra voluntatem dei perpetrauit. Et hoc intendit psal. dicens Nonne qui oderunt te domine oderam. et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos. Est autem perfectum odium quo oditur iniquitas quam homo secundum voluntatem diaboli perpetrauit Et tamen non odit natura quam deus non odit iuxta illud Sapie. xi. Nihil odisti eorum que fecisti Quartum principale motiuum dimittendi proximo est remissio peccatorum nostrorum Ideo in oratione dominica dicimus Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimit. debi. no. De hoc dicitur Math. vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra. Item Mathei xi. Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem vt et pater vester qui est in celis dimittat vobis peccata vestra Et Lu. vi. dicitur Dimitte et dimittemini Super quo dicit gregorius in omel. Mementote q mo riemur. dimittite et dimittetur vobis. Ecce et debetur nobis et debemus Dimittamus ergo quod debetur nobis vt dimittatur quod debetur a nobis. hec Gregorius Et Ecclesia. xxviij. dicitur Relinque proximo tuo nocenti te. et tunc deprecanti tibi peccata soluentur Contingit autem istud ex illa regula domini In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis Mat. vij. Mar. v. et Lu. vi. Que quidem regula non est intelligenda de omnimoda equalitate mensure quasi deus precise tantum et non amplius remittat nobis quantum nos proximo. cum ipse remittat nobis debitum decem milium talentorum quando nos remittimus proximo debitum centum denariorum. Sed debet intelligi de similitudine vel conformitate mensure. siue de proporcionabili equitate. vt si nos ex toto remittimus pro

primo. tunc similiter vel cōformiter deus ex toto remittet nobis Cui simile est hoc quod Hieronimus in omelia dicit Sic deniqꝫ et illum qui de quinqꝫ talentis decē fe-cerat et qui de duob⁹ quatuor simili accepit gaudio nō considerans lucri magnitudinem sed studij voluntatē. Hec ille Sicut ergo illoꝝ duorum seruoꝝ fuit cōforme lu-crum sed non equale. sic est et in proposito. Sic etiam de vidua paupercula que tm̄ duo minuta misit in gazophi-laciū dixit dominus Amen dico vobis quoniā vidua hec pauper pl⁹ omnibus misit Mar. xij. Nec tamen pl⁹ misit q̄ diuites considerando quātitatē oblationis. sꝫ cōsiderando statum mittentiū quo ad exteriora. et affe-ctum vel deuotionem quo ad interiora. Quintū prin-cipale motiuum dimittendi proximo est q̄ homo qui nō remittit multiplex malum incurrit. Primū est q̄ deus nō remittit ei. Unde Mat. xi. dicitur q̄ si non dimiseritis nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. De hoc di-citur Eccle. xxviij. Homo homini seruat iram. et a deo querit medelam In hominem similem sibi nō habet mi-sericordiam. et ipse de peccatis suis depcabitur Ipse dū caro sit reseruat irā. et propiciationē querit a deo. Quis exorabit pro delictis illius Hec ibi. Et Hieronim⁹ sup matheum dicit: O formidolosa sententia Si parua fra-tribus non dimittimus. magna nobis a deo non dimit-tuntur. Et Aug. dicit q̄ dicendo Dimitte nobis de. no. sicut et nos di. de. no. petimus cōtra nos si nō remittim⁹ proximis nostris Sed quidā caute lose pretermittunt hāc clausulam Sicut et nos di. de. nostris Contra quos gre-gorius in omel. dicit sic Aduocatus noster preces nobis in causa nostra cōposuit. et ipse eiusdem cause iudex est qui aduocatus. Preci aūt quam cōposuit cōditionē in-seruit dicens Dimit. no. debi. nostra sicut etc̄. Quia ergo ipe iudex venit q aduocat⁹ instituit ipe pcē exaudit quā fecit Aut ergo non facientes dicamus. dimitte nobis de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

bita nostra etc. et nosmetipsos hoc dicendo ligam' am/
plius. aut fortasse hanc ɔditionem intermittimus. et ad
uocatus noster precem quam cōposuit non recognoscit'
atq3 apud se ꝓtinus dicit. Scio quod monui nō est ipsa
oratio quā feci. hec Gregorius Alij non omnino preter
mittunt dictam clausulam. ſ3 aliqualiter immutant. Nā
vbi deberent dicere sicut et nos di. de. no: etc. dicunt sic.
melius ꝙ nos dimittimus Isti sunt valde ꝓsumptuosi
quia volunt orationem dominicam meliorare ac si dn̄s
defectuose vel male ipsam fecerit. Et sic ipsi propter suā
maliciam ɔtra alios tenendam conantur verba diuina
corrumpere. Et absq3 dubio deū magis offendunt sic o
rando ꝙ si orōnem illam omnino nō dicerent. Secūdū
malum est ꝙ homo suas orōes inutiles facit. Nam qui
deum offendit nihil impetrat. Vn̄ Ysidorus dicit Duo
bus modis oratio impeditur ne impetrare valeat postu
lata. Hoc est. si adhuc quisq3 mala cōmittit aut si delin/
quenti sibi debita non dimittit Et si quis dicat. ego di/
mitto quia nullam vindictam faciam in eum' non eni3
intendo sibi malum facere aut nocere Dico ꝙ hoc non
sufficit. sed oportet ꝙ ex corde dimittatur De' eīn intuet̄
cor. et coram deo ille vltionem facit de altero qui irā vel
indignationem seruat in corde qui eius dilationē a cor/
de suo excludit quem diligere tenetur qui malis vel ad/
uersitatibus ꝓximi gaudet. et de ꝓsperitatibus eius do
let. Sed forte adhuc aliquis diceret. Ego remitto ex cor
de sed tamen volo seruare in memoria. Dico ꝙ illud ser
uare est ɔtra caritatē. Nam hoc est velle pre oculis habe/
re et mēte reuoluere q̄d alter sibi fecerit vt semꝑ in eo re/
nouet̄ et suscitet̄ ira vel displicētia aut motus indignati
onis ɔtra alium vt semper fraterna dilectio excludat̄. Et
hoc est quasi fouere ignem ne extinguatur. suscitare ca/
nem vt latret prouocare dyabolū vt eum magis temptet
Stultus ergo talis est quia gladium in se tenet quo ledi

tur. venenum occultat quo inficitur. et infirmitatē fouet qua moritur. Tertium malum est ꝙ deus peccata iaȝ dimissa reuocat Quod satis patet in exemplo de seruo q̄ decem milia talentoꝝ debebat cui supplicāti dn̄s omne debitum dimiserat Sed quia conseruo sibi debēti et supplicanti similiter non fecit. Ideo dominus omne debitum prius dimissum ab ipso exegit vsqȝ ad nouissimuȝ quadrantem. vt dicitur Mat. xviij. Ubi dominus cōcludendo dicit Sic et pater meus celestis faciet vobis si nō dimiseritis vnusquisqȝ fratri suo de cordibus vestris Ex illa scȝ regula Eadem mensura etc̄. Unde August. de verbis domini dicit Dicit tibi deus dimitte et dimittitur tibi Si ergo prior dimisi dimitte vel postea Naȝ si nou dimisens reuocabo te. et quicquid dimiseram replicabo tibi. Et Gregorius in moralib⁹ dicit Si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus. et illud rursus exigitur quod nobis per penitentiaȝ dimissum gaudebamus. Sed hic queritur vtrum peccatum iam dimissum a deo possit realiter redire Potest responderi ꝙ non. quia semel quod dimissum et per penitentiam deletum est. nullatenus reuiuiscit aut reuertiť realiter quo ad culpam vel reatum. sed quo ad penaȝ quā super se reducit et reuocat qui ꝓximo non dimittit Uel potest dariꝰ sic dici ꝙ illa ingratitudo illius cui dimissa sunt peccata. qua scȝ deo ingratus est. et illa duricia seu immisericordia qua ꝓximo suo dimittere non vult tam grauis est et tam displicens deo et tantis penis punienda ac si peccā dimissa essent reuocata. vide si placet de hac materia latius. iiij. sentenciarum. di. xxij. Exemplum De remissione ꝓximo facta scribitur in libro apum tale exemplum. Quidam nobilis cum occisorem fratris obuiuȝ haberet. commotus extraxit gladium vt eum occideret. Et ille reus clamauit Misere mei nobilissime vir ꝓpter illum qui tui et omnium misertus mundum sua morte

redemit Statim ille nobilis retraxit manū cum gladio: Sed cū ipsū increparent sui. iterū extendit gladium vt eū occideret. Tunc reus prostratus propter remissionē peccatorum suorum misericordiam petijt Et cum ille nobilis scdo manum suam retraxisset. iterum increpatus a suis voluit eum occidere Tunc ait reus Ob euasionē angustie extremi iudicij veniā peto. Tūc nobil' ille cū lacrimis dixit Et ego prorsus fratris mortem tibi indulgeo Nec mora eadem die idem nobilis ecclesiam intrauit vt missam audiret. et cum ter genua flexisset. visa est a quodam sancto viro ymago crucifixi ad singulas genuflexiones illi nobili humiliter caput suum inclinasse Quem ille sanctus vir interrogans et rei veritatem audiens ad meliora prouocauit. Exemplū Sed de illo qui indulgere noluit nisi castigatus in codē libro de apibus scribitur q Jacobus de vitriaco sedis apostolice legat' quadam vice pacificare volens quosdam inimicos. illū qui iniuriam passus fuit rogauit semel et iterum etiā prostratus vt iniuriatori remitteret. Sed cum ille renueret. contristato Jacobo et orante. rebellis ille pluries in terram decidit. et euersis oculis cruorem spumans. spectaculum factum fuit hominibus: Orante vero pro ipso dicto Jacobo statim cōualuit. et currens ad iniuriatorē suum cum lacrimis veniam petijt. et in oscula eius ruēs omnes in lacrimas et in laudem dei commouit. Dimittamus ergo debitoribus nostris. vt et debita nostra nobis dimittantur. Per dominum nostrum Jhesum xpm viuentem et regnantem in secula seculorum Amen.

Sermo tricesimusquintus.

e T ne nos inducas in temptationem Hec est sexta principalis petitio orōis dominice. Circa quā notandū est q merito potest dubitari quare dn̄s docuerat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

nos petere vt non induceremur in temptationem cũ ipse temptari voluerit et temptatori locum et temp⁹ et occasionez dederit temptandi. Si eñ bona est temptatio q̄re debemus eam abhorrere. vt petamus non induci in eaȝ Si vero mala est quare saluator noster tēptari voluit in quo malum cadere vel locũ habere non potuit. Si bona est temptatio quare domin⁹ ante passionez suã dixit discipulis suis Orate vt non intretis in temptationē. vt dicitur Math. xxvi. Mar. ix. et Lu. xxij. Si vero est mala quare dicitur Jaco. i. Beatus vir qui suffert temptationem Respondet ꝙ nõ est malum temptari. sed est malũ in temptatione succũbere et vinci. Unde cristus fuit tēptatus sed non superatus Qui autem sic temptat vt superetur ille dicitur induci vel intrare in temptationez q2 temptatio quodammõ inuoluit vel absorbet eum. Sed adhuc queritur quõ dominus dicatur inducere in tēptationem cũ sit malum hominē vinci in temptatione. Certum est aũt ꝙ deus nullus mali est causa. Est eñ deus ductor fidelis et optimus. in cuius ꝑsona dicitur prouerbiorum. iij. Ducam te per semitas equitatis. Qui etiam cuilibet nostrũ vide dicere Sequere me. et qui sequitur me non ambulat in tenebris De quo etiam dicitur Sapie x. Justum deduxit dominus per vias rectas Si igitur deus bene ducit. scȝ per viam rectã et ad finem optimũ. q̄re petimus ne inducat nos in temptationē Si igitur induci in temptationē est malũ tunc hoc vtiqȝ ipse non facit qui tam bonus ductor est Si vero est bonũ tunc nõ debem⁹ ipsum petere ne nos inducat in temptationē. Respõdet ꝙ de⁹ nõ ꝓprie inducit hoiez i tēptatiõez sic ꝙ causaliter et effectiue facit hominē superari Sed dicitur inducere ob hoc ꝙ ꝑmittit hoiez induci Nã permittit hoiem tēptari. Qui dũ tēptatur q̃nqȝ sponte cõsentit et acquiescit tēptatori et tēptatiõnē ei⁹ admittit Sic deus dicitur hoc facere qd̃ permittit fieri. Que permissio tamen est propter aliquez

bonũ est temptari sed malũ est in temptatione succũbere.

bonum finem. Et verisimiliter credendum est quod si nullum bonum elici posset vel sequi ex temptatione deus nullatenus eam fieri permitteret. Secundum hunc modum dominus dixit Ego indurabo cor pharaonis id est indurari permittam Exodi. vij. Ipse namque pharao ex propria malicia permittente domino sponte cor suum induravit. Nam Exo. viij. dicitur Videns autem pharao quod data esset requies ingravavit cor suum et non audivit eos scilicet moysem et aaron. Unde in moralibus Grego. dicit. Obdurasse dominus cor pharaonis describitur. non quod ipse duriciam intulit. sed quod exigentibus meritis eius nulla illud desuper infusi timoris sensibilitate mollivit De hac permissione etiam Job dixit Manus domini tetigit me Job xix. Et hoc diabolus prius expetierat dicens ad dominum. Extende paululum manum tuam et tange cuncta que possidet. Item mitte manum tuam et tange os eius et carnem Et certum est quod dominus effective et immediate aut etiam precipiendo non tetigit Job. sed dyabolus domino permittente Inducatur ergo homo in temptationem per instigationem temptatoris sed tamen non potest vinci nisi consensiat et per consensum voluntarie intret in eam. Deinde queritur quare dominus voluit temptari a dyabolo Respondeo quod multis de causis. Prima est ut ostenderet nobis neminem in hac vita sine temptatione vivere. Non enim inimicus cessat aut quiescit nos impugnare ut decipiat et deijciat. Quem enim dyabolus intemptatum relinquet, quando etiam salvatorem nostrum in quo nihil mali. nihil quod suum erat reperit temptare presumpsit Nemo igitur putet se liberum aut immunem esse a temptatione. Et si temptationem non sentit. tunc periculosissime temptatur Signum est enim interioris cecitatis qua non videt. aut male consuetudinis iam indurate qua non sentit vel quod dyabolus tam plene sui dominatur. quod non habet necesse ipsum temptare:

Sic periculosa est impugnatio que non videtur nec senti tur anteq̄ deijtiat et interimat Sic et infirmitas periculosa iudicatur que non aduertitur. quia remedium non queritur. vulnus etiam solet letale reputari quando ꝓfū de inflictum est et eius dolor non sentitur. De hac materia perpulcre loquitur Bernardus. Ait em̄ sic super psa. Qui habitat Hoc premonitos vos esse volo neminem super terram absq̄ temptatione victuri uz. vt cui forte tol litur aliqua alteram securus aut pauidus magis expectet. Et sic petat ab ea liberari. vt nunq̄ sibi in corpore mortis huius libertatem perfectam seu requiem audeat polliceri. Item idem in eodem libro Tot temptatōibus plena est vita nostra vt non in merito tota ipsa tēptatio debeat appellari. Item idem in quibusdam dictis. Nec mare fluctibus nec vita ista carere pōt temptationibus Et Aug. super psal. dicit Uita nostra in peregrinatōne hac non potest esse sine temptatione. Secunda causa dominice temptationis est. vt temptatorem suū sc3 dyabolum superaret et confunderet. ac superatum et confusum foras eijceret. Ipse nanq3 filius dei venit in hūc mūdum et apparuit vt dissolueret opera dyaboli vt dicitur i. Jo. iij. Et quia dyabolus primos parētes temptauit et temptando superauit. voluit xp̄s ab ipso tēptari. quatinus ipse dyabolus vinceretur Rationabile nanq3 fuit vt qui falaciter temptando decepit. etia3 falaciter sue deceptionis fraude caperetur. Conuersus em̄ fuit dolor ei9 in caput suum. et incidit in foueam quā fecit. ac laqueo quem parauit pedibus alienis ipsemet laqueatus fuit. et tanq̄ amā ipso patibulo quod ad suspendendū alterum parauerat et exercerat suspensus fuit. Creditur eni3 q̄ idem dyabolus sc3 lucifer qui primos parentes tēptauerat in paradiso et vicerat postea christum temptauit et victus fuit vt dicit̄ in cōpendio theologie Unde sicut cristus morte sua mortem nostram destruxit. sic temptatōe

sua malum temptationis primorum parentū deleuit Tertia causa dominice temptationis est vt nobis exemplum humilitatis et patientie monstraret. Si eñ filius dei humiliauit se pro nobis vt temptari se pateretur a dyabolo. merito debemus etiam humiliter et patienter sustinere temptatioues si nobis superueniant. nec eñ debemus cōtristari aut desperare quasi simus derelicti a dño et traditi in manus dyaboli. cum ipse domin⁹ personaliter temptationes sustinuerit. ac electos suos multis temptationibus vexari permiserit. Aspiciamus ergo ad tē-ptationem domini. ꝙ humiliter assumi et duci a dyabolo se permisit. quem tamen solo nutu si voluisset in abyssum dimersisset. Et quare hoc est nisi vt sicut in tota vita sua. sic etiam in hoc facto nobis exemplum imitationis preberet. Nec indignū videri debet ꝙ filius dei sic a diabolo se permisit duci et temptari. qui etiam postmodum vt dicit Gregorius in omelia a mēbris eius voluit crucifigi. Certum est enim ꝙ dyabolus caput est omniū iniquorum sicut xp̄s caput est omnium bonoꝝ. ergo crucifixores xp̄i erant membra dyaboli Non ergo dolere debet homo de temptatione sed gaudere et gaudendo resistere ac resistendo superare. Hinc est ꝙ Jaco. i. dicit. Oē gaudium existimate fratres cum in temptationes varias incideritis scientes ꝙ probatio fidei vestre patientiam operatur Sic apostolus cum rogasset dominū tribus vicibus vt auferret sibi stimulum carnis sue et dominus sibi respondisset ꝙ sufficere deberet ei gratia sua eo ꝙ virtus in infirmitate perficitur patienter sustinuit flagelluꝫ temptationis. imm̄ vt inde gloriaretur dicens. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. vt dicitur. i. ad corinthi. xij. Ut igitur tanto cōfidentius temptationes aggrediamur et tanto fortius sustineamus. distinguēdū est de temptationib⁹ et discutiēde sunt ac cōsiderāde quia quilibet audacter aggreditur hosteꝫ cuius astutias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et insidias dare preuidet et discernit. Potest aũt distingui duplex hominis temptatio. vna. s. actiua qua temptat et alia passiua qua temptatur. Temptatio actiua est ma la maxime si homo temptet deum Nam deutro. vi. dicit Non temptabis dominũ deũ tuuz Et hoc idez domin⁹ assumpsit contra dyabolum. vt patet Mathei. iiij. et Lu iiij. Ideo Judith. viij. dicitur. Quis estis vos qui temptatis dominũ. Non est iste sermo qui misericordiam prouocet sed potius qui iram excitet et furorem accendat. Unde et achar Licet alias malus esset tamẽ in hoc se bene et religiose putabat dicere quod dixit Non petam et non temptabo dominũ Ysaie. vij. In signũ huius filij israel in deserto deum temptãtes. grauiter offenderũt eũ Ideo dominus dixit Qui temptauerunt me iam per decem vices nec obedierunt voci mee non videbunt terraz pro qua iuraui patribus eoꝝ Nume. xiiij. Cui consonat psal. xci. Hodie si vocem eius audieritis etc̃ Sequit̃ quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. De illis temptationibus dicit psal. Temptauerũt deuz in cordibus suis etc̃ vbi et post sequitur. Ignis accens⁹ est in iacob et ira ascendit in israel Item psal dicit Et cõuersi sunt et temptauerunt deum et sanctũ israel exacerbauerũt. Ideo apostol⁹ docet nos cauere ab huiusmõi temptationibus dicens Neqꝫ temptem⁹ xp̃z sicut et quidã eoꝝ temptauerunt et a serpẽtibus perierũt vt dicitur. i. ad corinth. x. Alia est temptatio nostra passiua scꝫ qua temptamur Et illa est multiplex nam quedã fit a supra scꝫ a deo. quedam a b intra scꝫ a propria natura vel carne. quedaz ab extra scꝫ a mundo et ab hominibus. quedam ab infra scꝫ a dyabolo. cuius locus proprius est in inferno. Primo igitur deus temptat hominẽ non vt malum trahat. quod intẽditur. Jaco. i. vbi dicit̃. Nemo cuz temptatur dicat ꝙ a deo tẽptetur Deus enim intẽptator maloꝝ ẽ. Ipe aũt neminẽ temptat. hec ibi Sed tñ deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

temptat hominez vt probet Ideo psal. dicit Proba me dñe et tempta me. Sic tẽptauit abrahã precipiẽs vt immolaret filium suũ. vt dicitur Genes. xxij Sed potest aliquis dicere qui indiget deus ꝓbatione qui nouit etiam abscondita cordis et quem nulla latet cogitatio Respõdetur ꝙ deus non temptat nec ꝓbat hominẽ vt ipse cognoscat aliquid quod prius non nouit. sꝫ vt alijs innotescat quid sit in tali homine. quod tñ prius ipsi deo notum fuit quatinus illud foris appareat quod pri⁹ int⁹ latebat. et hoc propter exemplũ alioꝝ. Item vt homo se ipsum agnoscat Et hoc modo intelligitur illud quod dñs dixit abrahe Nunc cognoui ꝙ timeas deum. id est in effectu te foris ostendere feci quod prius in affectu veraciter agnoui Nunc apparet in exhibitione operis qđ pri⁹ latuit in cogitatione cordis Sic deus temptauit vel temptari permisit Thobiam per cecitatem. quatinus ei⁹ patientia magis appareret alijs in exemplum. Vñ Tho. ij. dicitur Hanc autem temptationem scꝫ cecitatis ideo permisit deus euenire illi scꝫ Thobie. vt posteris daret exẽplum patientie ei⁹. sicut et sancti Job. Job ergo et Thobias in temptatione fuerunt inuenti patientes. et Abraham in temptatione fuit inuentus fidelis vt dicitur. i. Machabeoruꝫ. ij. De huiusmodi temptatione dei dicitur Deutro. xi. Temptat vos dominus deus vester vt palã sciat. id est scire faciat vtrum diligatis deum an non in corde vestro et in tota anima vestra. Et Judicu viij. dicitur Temptati sunt patres nostri vt ꝓbarentur si vere colerẽt deũ suũ Et Sapie. iij de iustis dicitur. Deus tẽptauit illos et inuenit eos dignos se. Exemplũ Sic de⁹ temptauit theobaldum comitem carnotensẽ ac blesensem. de quo dicitur in libro de apibus. ꝙ cum in hyeme horrenda cum multis per viam pergeret. obuiuꝫ habuit pauperem nudum. Quo clamante ait comes. Quid petis: Cui pauper. Da mihi capam siue mantellum.

Nunc cognoui q timeas deum, in. expositio

Qua data dixit comes. Si quid vis amplius petas Et
pauper. Da mihi tunicam tuam Deinde petijt pileuz ca
pitis Tunc comes paululū erubescens quia calu⁹ erat
ait Nunc carissime nimis insistis. quia hoc carere nō pos
suz Hoc dicto relictis vestibus pauper euanuit. Comes
vero de equo descendens lamētabiliter plāgebat et post
ea omni petenti se tribuit. Secūdo dico ꝙ propria na
tura temptat hominem quia caro temptat spiritum. sen/
sualitas rationem vt alliciat. quia caro et sensualitas co
ꝙ presentes delectatiōes diligunt et querūt. ideo spiritū
vel rationem quantum possuut trahunt et inclinant. vt
immemor futurorū presentibus delectetur Ideo Jaco. i
dicit Vnusquisqꝫ temptatur a cōcupiscentia sua abstra/
ctus et illectus. Jstam temptationem sensit apostolus
dicens ad Romanos vij. Cōdelector legi dei scdm inte
riorem hominē video aūt aliam legem in mēbris meis
repugnantem legi mentis mee et captiuantez me in lege
peccati que est in menbris meis. Jnfelix ego homo quis
me liberabit a corpore mortis huius Spiritus aūt pōt
et debet examinare et temptare suam sensualitatem. Et
si inuenerit eam maliuolā et deceptoriā. non sequat eaz
nec acquiescat ei sed magis refrenet et castiget eā De hoc
dicitur Eccle. xxxvij. Fili mi in vita tua tempta animaz
tuam id est sensualitatem Et si nequam fuerit ne des illi
potestatem Jtem Eccle. xviij. dicit Post cōcupiscentias
tuas non eas et a voluptate tua auertere. Si prestes aie
tue concupisentias eius faciet te in gaudiū inimicis tuis
venire. Tertio dico ꝙ homo temptatur a mūdo et ab
hominibus mūdo deditis Vnde Augustinus in quo/
dā sermone. duplicem aciem ꝓducit mundus cōtra mi/
lites xpi. blanditur enim vt decipiat. terret vt frangat Et
tamen vt idem ad dyoscorum dicit. Periculosior ē mun
dus iste blandus ꝙ̄ molestus. et magis cauendus cum
se allicit diligi ꝙ̄ cum ammonet coguetqꝫ contemni. Est

Mundi temptatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

aūt mundus plenus laqueis temptationū Unde et sal-
uator noster multipliciter a mundo et ab hominibꝰ fuit
temptatus prout euangeliū narrat Ideo ante passionē
suā dixit discipulis suis Uos estis qui permāsistis me-
cum in temptationibus meis. vt dicitur Lu. xxij. Quar
to dico ꝙ homo temptatur a dyabolo. sicut patuit in tē-
ptationibus quibus cristus temptatus fuit a dyabolo.
Sic et petrꝰ dixit ananie. Cur tēptauit sathanas cor tuū
Actuum. v. Ipse vero diabolus vtitur mundo et carne
quasi quibusdam instrumentis siue medijs quibus spi
ritum quam per se vincere non potest frequenter decipit
et superat. Et hoc potest ostendi quibusdam exemplis.
Primo nanqꝫ dyabolus vtitur carne ad temptādū Qḋ
patet de apostolo qui dicit Datus est mihi stimulus car
nis mee angelus sathane qui me colaphiset vt dicit̄. ij.
ad corinth. xij. Exemplum Legitur enī de sancto
Hugone linconiensi epo carthusiensis ordinis in legen
da sua. et in cronicis carthusie ꝙ cū receptus esset ad or-
dinem. et primo cellam intraret. subito sensit carnis tem
ptationem. que etiam longo tempore quotidie ipsū af
fligebat. Fuit aūt tanta et tam importuna vt mallet ge-
hennalibus flāmis tradi ꝙ tātis supplicijs vigeri. Ad
plenū autem huiusmodi ꝯgressus nemo referre posset q̄
bus lacrimis. quantis gemitibus. ꝙ crebra confessione
ꝙ aspera flagellatione vel diuinū expetierit adiutoriū
vel cor cōtriuerit proprium corpus cruciendo. Demum
athlete fortissimo prostrato quidē se nō superato tenuis
sopor obrepsit· Continuo vero velut in extasi positus:
virum dei qui eum susceperat ad ordinem vidit sanctū
scꝫ Basilium olim priorem carthusie vultu et amictu an
gelico radiantē astitisse sibi. seqꝫ voce blanda alloquētē
Quid tibi est fili mi carissime. surge et velle tuum fiduci
aliter enarra. Ille vero ad eū ait. O pr̄ bone et nutritor
pijssime affligit me vsqꝫ ad mortē lex peccati et mortis

que est in membris meis. Et nisi more solito auxilieris mihi. an morief puer tuus. vix dictum cõpleuit. et ecce inquit sanctus. auxiliabor tibi Moxq3 patefacta nonacu/la quam manu tenere videbatur viscenbus eius quasi strumã igneam inde visus est excecauisse longiusq3 extra cellam pjicasse: dataq3 benedictione medicus discessit. Eger vero sanatus et ad se reuersus somno fugiente re/cessit. letusq3 supra modũ de ostensa sibi claritate nutri/cij sui in corde et in carne mirabiliter se repperit immutatum. Quomodo vero dyabolus vtaf mũdo et vani/tatibus eius ad temptandũ specialiter experiunf noui/cij mundũ deserentes. quibus dyabolus species vanitatũ mundi multipliciter adducit vt eos ad seculum retra/bat. Exemplum Unde contigit quẽdam in domo colonie ordinis carthusiensis recipi in monachum. qui indutus die sancti Thome apostoli taz grauiter tẽptat⁹ fuit a dyabolo q̃ die natiuitatis dñi voluit redire ad seculũ. Sed vix p̃ribus prioris et alioꝝ acquieuit expectare diem sequentẽ. Temptatione vero nõ cessante die sc̃i Stephani reuersus fuit ad vomitũ Circa festum autez epyphanie proxime sequens redijt. et prostratus cũ lacrimis se petijt iterum ad ordinem recipi Quod cũ nõ obtinuisset. retulit q̃ in nocte p̃cedente diẽ sancti Stephani vidisset in somnis quasi totum manasteriũ plenũ nigris canibus cum de monasterio fugantibus. Istud audiui ab illo qui tunc temporis monach⁹ erat in eadẽ domo.

Exemplum Similiter in domo p̃pe treuerim ordinis carthusiensis quidam nouicius meynard⁹ nomine fuit a dyabolo temptatus sed nõ sic superatus. Nam sic temptatus fuit q̃ si aliquantuz pecunie habuisset. statiz exiuisset. Unde ex habundantia cordis etiam ore ad se/ipsum dixit. Si haberem decem florenos ego nõ manerem hic diutius sed exirem. Et cuz in cella sua nescio q̃d quereret. inuenit in quodam loco decem florenos quasi

recēter monetatos et bonos auro. Quod cũ inuenisset et fraudem diaboli cognouisset. confortatus fuit in domino et professionem faciens q̃ pluribus hoc ad edificationem narrans perseuerauit in ordine xliij. annis vsq̃ ad mortem. In cuius locum ego licet indignus recept⁹ fui. Prestante domino nostro Ihesu cristo cui laus sit et gloria in secula: A M E N.

Sermo tricesimussextus.

P Ostq̃ in sermone precedenti dictum est de varijs modis quibus homo temptatur. nunc specialiter dicendum est de temptationibus dyabolicis que plus ceteris sunt periculose. et que fere omnibus alijs temptationibus se imiscent. Ut igitur dyabolicas temptationes agnoscamus et agnitas superemus. notandũ est q̄ dyabolus non omnes homines eodem modo tēptat sed diuersimode. id est alios et alios aliter et aliter Non eñ simili modo bonos temptat et malos. sapientes et simplices. diuites et pauperes. senes et iuuenes. et sic de alijs. sed vnumquēq̃ sic aggredit̄ prout credit eũ posse superare: Potest igitur distingui quadruplex temptatio scd̄m similitudinem quatuor elementorũ Nam quedã potest dici ignea. quedam aerea. quedam aquea. et quedam terrea siue terrestris Temptatio ignea que fit p̄ aduersitates et calamitates ac passiones graues natureq̃ cõtrarias. que licet non semp̄ a dyabolo p̄ueniat sed qñq̃ a d̄o flagellāte vl' a natura d̄ficiēte vl' a mũdo p̄sequēte seu aliter q̄litercũq̃ Diabol⁹ tñ frequēter imiscet se talib⁹ et suis p̄uis suggestiõib⁹ tales passiões intollerabiles ōndit suggerēs nõ eas hoīe͂ meruisse s̄ iniuste eas sibi illatas esse vel euenisse. et sic facit hominem impatiētem. Pro quo notandũ q̄ impatientia in tribulatiōib⁹ triplex malũ facit homini scz malum damni malũ pene

Temptatio quadruplex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et malum culpe. Primo igitur impatientia operatur malum damni quia priuat hominē omni merito et omni pmio quod acquirere ac cōsequi deberet per tribulatiōes si patiens esset. ymo quod peius est etiam destruit et annihilat bona que prius operatus est Et facit eum amittere illa que diu bene operando collegit. Unde Gregor. in pastoralibus dicit Impatientes dum perturbationi sine minime obsistunt. etiam si qua a se tranquilla mēte fuerant bene gesta confundunt et improuiso impulsu destruūt quicquid forsitan diu labore puido construxerunt. hec Gregorius. Bene igitur dicit prouerbiorū. xix. Qui impatiens est sustinebit damnū Secundo impatientia operatur penam. nam ipsa tribulationes interius auget. facit enim hoc esse graue et quasi intolerabile qd sustinetur eo q penitus inuite et contra voluntatē sustinetur Unde sicut patientia alleuiat tribulationes et passiones. sic impatientia eas aggrauat. Patientia nanqȝ in tribulationibus est quasi mel in cibo quod cibum amarū aut insipidum facit esse dulcem et sapidū. quia patientia tribulationem amarā facit dulcem. Per oppositum vero impatientia est quasi fel in cibo amaro faciēs ipsum magis amarū quia impatientia tribulationes et passiones amaras magis amaricat intm vt fiat amaritudo amarissima. Tertio impatientia operatur culpā est enim causa multorum peccatorum. nam per eaȝ committitur peccatum murmurationis contra deum. Sicut filij israel frequenter in deserto murmurauerunt cōtra deum quandocūqȝ aliquem defectuȝ patiebantur. De quibus augustinus dicit q in nullo magis deū offēdisse credēdi sunt q cōtra deū murmurādo Et ideo grauissime puniti et frequenter morte nihilari fuerunt. Unde propter murmurationes eorum. xl. annis in deserto fuerunt quousqȝ plus q sexcenta milia bellatorum morerentur in deserto nec terram promissionis intrare meruerunt.

Item per impatientiam quandoque blasphematur deus et xpi passio. mors. sanguis. vulnera. et singula menbra corporis. vel etiam ipsius anima contumeliose ac obprobriose nominatur. Propter quod deus tales frequenter tradidit incontinenti et reprobam mortem. Item per impatientiam homo quandoque ledit proximum suum verbis conuiciando cominando. defectus suos improperando. mendaciter sibi malum imponendo. deridendo. detrahendo. et ipsum inquietando. ac frequenter ad iram vel rancorem commouendo Et quod peius est etiam factis persequendo. ymo quod pessimum est etiam occidendo. Sic Caym commotus occidit Abel fratrem suum. Genes. iiij. Simeon et leui occiderunt sichimitas. Gene. xxxiiij. Saul iratus contra Dauid querebat eum occidere. i. Regum. xviij. et infra. Aman iratus contra mardocheum machinabatur vt totum genus iudeorum in regno Assueri vna die deleretur. Hester. iij. Nabuchodonosor rex babilonis iratus misit tres innocentes iuuenes in fornacem ignis Danielis iij. Anthiocus iratus et quasi spirans voluit Hierusalem facere cogeriem sepulcri iudeorum. ij. Machabeorum. ix. Herodes rex iratus occidit infantes. Mathe. ij. Et sic tyranni irati et commoti contra sanctos diuersis et exquisitis tormentis afflictos occiderunt Item per impatientiam homo quandoque ledit seipsum. non solum quia corporaliter indisponitur. et quandoque infirmitatem incurrit sed etiam quod peius ymo pessimum est. incidit in desperationem et seipsum occidit. Sic achitofel seipsum suspendit vt dicitur ij. Reg. xvij. Sic Herodes rex propter infirmitates suas seipsum vulnerauit. et occidisset si nepos eius non obstitisset. vt dicitur in hystoria scolastica. Sic et custos carceris in quo paulus et siles erant inclusi. et philippis putans effugisse apostolos. euaginato gladio se occidisset. nisi paulus prohibuisset. vt dicitur. Actuum. xvi. Et sic plura rerum gestarum exempla possent ad propositum

Simeon et Leui ... ire virtute

architofel seipsum ira occidit
Herodes seipsum vulnerauit

adduci Ex predictis liquet q ignis tribulationis aut
passionis aut aduersitatis occurrentis grauiter affligit
et cruciat. et multa mala operatur quando per impatien
tiam mouet et hominem cõmouet Dyabolus enim per
malum flatum id est per suggestiones suas hominez p
uocat ad impatientiam. et sic ignem tribulatõis vel pas
sionis per igneum flatum suum auget et grauiter ardere
facit Idcirco de ipso dyabolo voce dominica dicit Job
xli. De ore eius lampades procedunt sicut tede ignis ac
cense. Item ibidem post Alitus eius pruuas ardere fac
et flamma de ore eius egreditur De hoc igne diabolico
dicit Ysa. ix. Succensa est quasi ignis impietas veprez
et spinam vorabit. Homo namqz impatiens succensus ẽ
a dyabolo. et vepres et spinas intus gerit pungentes et
grauiter ardentes. Sequitur ergo ex predictis q licet
ignea temptatio tribulationuz et passionuz in se non sit
mala. tamen per igneum flatum dyaboli qui scz impati
entiam immitit. hominibus est multum nociua. Sed
licz huiusmodi temptatio ignea per impatientiam noce
at. tamen si per patientiam temperetur multuz est vtilis
et proficua. Propter quod dominus amicos suos mul
tis passionibus et tribulationibus tetigit et vexari per-
misit. sicut et adhuc quotidie facit Sunt aũt quatuor vti
litates tribulationis patienter tolerate. que considerari
possunt in igne naturali. Nam ignis naturalis illuminat
purgat. accendit et sursum trahit. Sic re vera tribulatio
patienter tolerata illuminat intellectũ. purgat ↄscientiam
accendit affectũ et sursum trahit mentem Illuminat qp
pe per cognitionem. purgat per viciorũ expulsionẽ. accen
dit per dilationem. et sursum trahit per superiorum ap-
petitionem. Prima igitur vtilitas tribulationis patien
ter tolerate est q ipsa ad instar ignis naturalis lucentis
et lumen diffundentis illuminat intellectum ad cogniti
onẽ Unde Hiere. xxxi. dicit: vexatio dabit intellectũ au

homo impatiens a diabolo succensus

utilitates tribulationis 4 sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

ditui scꝫ interiori Docet autꝫ ignis tribulationis hominē et facit eum multa cognoscere. Primo docet hominem cognoscere propriā fragilitatem seu infirmitatē Nā qui sine tribulatione se fortem et patientē estimat. in tribulatione frequenter deficit. et suam fragilitatem fateri cogitur ꝙ diu enī quis non impugnatur fortis videtur. sed cū impugnatur tunc fortitudo eius ꝓbatur. De hoc dicit Gregorius sic Ideo temptari permittimur. vt qui ex diuino munere proficimus et quid simus. ex ꝓpria infirmitate memoremur. Et hec cognitio facit vt homo de se semper humiliter sentiat et nec se extollat. nec de se confidat.

Scd'o illuminat ad cognoscendum propria peccata. Naꝫ homo tribulationes patiens dꝫ intrare in semetipsum et iudicare se suis peccatis illas meruisse. Sic filij israel in tribulatione positi dixerūt Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrū videntes angustiaꝫ anime eius dū deprecaretur nos et non audiuimus. Idcirco venit super nos tribulatio. vt dicitur Genesis. xlij. Sic filij israel quando patiebantur ab hostibus cōsueuerūt dicere. peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitatem fecimus Ideo Gregorius dicit. Tunc illata cōuicia bene toleramus cum in secreto mentis ad mala ꝑpetrata recurrimus. Tertio illuminat ad cognoscendum deū et iusticiam eius. Sic pharao qui prius dixerat quis est dominus nescio dominū. Exo. v. postea flagellis eruditus dixit Justus dominus. ego et populus meus impij Exo. ix. Sic nabuchodonosor rex Babilonis Manasses rex iude et Anthiochus illustris a domino ꝑcussi deuenerūt ad cognoscēdū deū quē prius attēdere noluerūt. vt pꝫ de nabuchodonosor Daniel. iiij. de Manasse. ij. parali. xxxij. de anthiocho. ij. Machabeorum ix. Quarto illuminat ad cognoscendū fallaciā mūdi Nam mundus qui in prosperitate blanditur in aduersitate affligit In prosperitate se amicum falsе simulat.

quid

Gregor.

Pharao

Nabuchodonosor

Manasses &

Anthiochus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

In aduersitate verum hostem se probat In prosperitate mel venenosum. in aduersitate venenũ nudum propinat Quod ergo latebat in prosperitate hoc innotescit in aduersitate se plenum tribulationibus ostendens docet se non esse amandum Unde Gregorius Ipse mundus dum tot amaritudinibus nos cruciat. dum tot calamitates ingeminat. quid aliud nisi vt non ametur clamat.

Greg.

Quinto illuminat ad cognoscendum seuiciam dyaboli. Ipse nanque in mundo regnans multis afflictionibus nos fatigat quatinus ad malum trahat est enim tanquam tirannus in hoc mundo violentus vt leo rapiens et rugiens et querens quem deuoret. Unde quem blandicijs vincere non potest. aduersitatibus impugnat. quatinus tribulationibus fractus et superatus sibi substernatur Ideo in prosperitatibus non agnoscimus eius seuiciã; sed in aduersitatibus. Sed tamen eius fraudulentam nequiciam magis in prosperis quam in aduersis posumus agnoscere.

Sexto illuminat ad cognoscendum amaritudinẽ penarum inferni. arguendo a minori ad maius sic. Si ista temporalis et quasi momentanea tribulatio tam grauis est ad tollerandũ. quid erit tunc de illa grauissima et perpetua pena inferni Tota nanque tribulatio presens quantũcunque grauis videatur. est quasi vmbra vel quasi ignis pictus ad ignem infernalem. Et omnis pena mundi est quasi ludus et solacium respectu penarum inferni Si igitur deus hic dure videtur punire vbi misericorditer percutit. qualiter putas punit vbi districte iudicat. Unde Gregorius

Greg.

Per huius temporis flagella significat deus quomodo percussurus es quando non parcens iudicas. qui sic districte modo percutis quando parcis Septimo illuminat ad agnoscendum dulcedinem celestem. nam per vnum contrariorum alterum cognoscitur Si ergo grauis est nobis presens tribulatio. cogitemus quam dulcis sit celestis gloria vbi penitus nulla tribulatio est. ymo nec alicuius rei displicẽtia

De hoc Augustinus dicit. Cum molestie in huius vite fragilitate crebrescunt. eternam requiem nos desiderare compellunt. Et Hiero. dicit. Nec electis suis in hac vita pmisit deus gaudia delectationis sed amaritudinem tribulationis vt more medicane per amarum poculū rede ant ad dulcedinem eterne salutis. Secunda vtilitas tribulationis est quod purgat cōsciētiā a sordibus peccatorum. sicut ignis purgat metalla. Unde Nume. xxxi. dr Omne quod transire potest per flammā. igne purgabit Transit aūt homo per flammā et nō comburitur sed purgatur. qui tribulatiōes sustinet sed non superatur Sicut ergo per ignem impuritas metallorum aufertur sicut per flagellum vel tribulam frumentū a paleis excutit. sicut per amarā medicinam eger ab infirmitate curatur. sicut per limam rubigo ferri abraditur. sicut per scobam de domo sordes eijciuntur. et sicut vinum aut oleū per calcationē aut pressionem ab acinis extrahit. sic cōscientia per tribulationem patienter tolleratam a peccatis emūdatur. Iste est ignis purgatorius in hac vita. quo si quis purgatus fuerit. aliam penā purgatorij post hanc vitam nō sustinebit Et quod dissimilis sit iste ignis purgatorius presentis tribulationis futuro purgatorio. patet per Augustinū sic dicentem Hic ignis scilicet purgatorius post hanc vitam. et si non sit eternus. miro tamen modo grauis est Superat enim omnē penam quā vnquam homo passus est in hac vita vel pati potest. Tercia vtilitas tribulationis est quod accēdit vel inflammat ad modum ignis naturalis Accendit aūt ad dilectionem dei. et hoc ideo quia tribulatio permissione diuina flagellans hominem certum est signum dilectionis. quia deus diligit hominē. ergo merito debet homo ex hoc moueri ad diligendū deum. In signum huius ipse dicit. Ego quos amo arguo et castigo. Apocal. iij. Et ad Hebreos xij dicit Quem diligit dñs castigat. flagellat aūt omnē filiū quē recipit Cui si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

mile est illud Prouerbiorꝫ iij. Quē diligit dominus cor
ripit. et quasi in filio conplacet sibi Et Eccle. xxx. dicitur
Qui diligit filium assiduat ei flagella vt letetur in no-
uissimo suo Sic de Abrahā dicitur Judith. viij. Abra
ham pater noster temptatus est. et per multas tribulati
ones probatus amicus dei effectꝰ est. Diligamus ergo-
deuꝫ qui pro magno beneficio et signo amicicie nos hic
flagellat vt imperpetuū parcat Unde. ij. Machabe. vi.
dicit̄. Non sinere peccatoribus ex sententia agere ſꝫ stati
vltiones adhibere magni beneficij iudicium est. Quar-
ta vtilitas tribulationis est ꝙ tribulatio ad modū ignis
facit ascendere sursum id est peruenire ad regnum celorꝫ.
De hoc dicitur Luce vltimo Nonne sic oportuit pati cri
stum et ita intrare in gloriam suam. Et Actuū xiiij. dr̄.
Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū
dei Et psal. dicit Castigans castigauit me dominus:
sequitur hec porta domini iusti intrabunt in eā Et Ba-
ruth. iiij. dicit̄ Qui induxit nobis mala ipse rursum ad-
ducet nobis sempiternaꝫ iocūditateꝫ cuꝫ salute. Hec est
angusta porta et arta via que ducit ad vitam et quā pau
ci inueniunt. vt dicit̄ Mathei vij. De hac via dicit Ber-
nardus in quodā sermone Hec est via vite tribulatio pre
sens. via glorie. via ciuitatis habitaculi. via regni. Hec
igitur sunt dicta de temptatione ignea que ꝓuenit gene-
raliter ex tribulationibus passionibus et afflictionibus
quibus homo dolorose impugnatur. Et licet non semꝑ
huiusmodi temptatio fiat effectualiter a dyabolo ipē tn̄
eidem quantū potest suū venenū immiscet et malū ignē
suū insufflat vt hominē faciat impatientē et igne quo ꝓ
bari et purgari deberet comburat̄ Hac temptatione dya
bolꝰ etiā saluatorem nostrū impetijt Nam per sua mem
bra. i. per malos homines ipsum fere per totā vitā suaꝫ
insidijs cōtumelijs blasphemijs et derisionibꝰ ac tādē
grauissima passione acerbissimaqꝫ morte ꝑsequens im-

pugnare nõ destitit. sic et amicos dei q̄ veteris q̄ noui testamenti etiã corporaliter afflixit et seuissimas plagas inflixit. Exemplum Ex quibus specialiter beatã katerinã de senis martirisauit Nã vt in ei⁹ legẽda descri bitur tam diu et tam grauiter fuit corporaliter. sed tamẽ inuisibiliter flagellata. et multis penis affecta q̄ per eas vitam finiuit. Et sic ipsa non soluꝫ virgo xp̄i desponsata sed etiam martir a demonibus martirisata regnum celo rum feliciter intrauit cum xp̄o sine fine regnatura Qui ẽ cum patre et spiritu sancto benedictus in secula. amẽ.

Sermo tricesimusseptimus.

Secunda tẽptatio potest dici aerea qua scꝫ quis p elationem et per ambitionem impugnantur. vt scꝫ seipsum extollendo vanam gloriam querat aut dignitatem aut sublimitatem altioris status desideret. Ex hac temptatione generatur in anima radix iniqua superbie. Unde pullulat contempt⁹ aut odiũ Superbia eñ eorũ qui te oderunt ascendit semper vt dicit psal. Et hec temptatio bene cõparatur aeri Nam sicut aer leuis est et vacuus videt̃ aut inanis. sic ista temptatio facit hominem quodãmõ leuem vt ascensum querat. et facit eum inanẽ et vacuum gratia dei. sed vicijs plenum In hoc aere id est in hac temptatione aut in corde superbo et elato volãt aues celi. i. diaboli oẽ semẽ bonũ verbi dei aut inspirationis ei⁹ comedẽtes. i. ambulãtes. et sua stercora. i. fedas suggestiões immitẽtes Item in hoc aere sũt vẽti et nubes. p vẽtos intelligẽdo laudẽ et cõmẽdatõeꝫ hoiꝫ ac adulatoria verba. qb⁹ supbi et ãbitiosi pflant̃ et mouẽtur sicut vẽtilogiũ supra turriꝫ ad omnẽ vẽtũ mouet̃ et vertit̃ p nubes võ itelligunt̃ ignorẽtia et excecatio qꝛ huiusmõi hoies nec deũ volũt agnoscere aut ei⁹ maiestatẽ timere nec ꝓpriã vilitatẽ aut fragilitatẽ volũt cõsiderare

Temptatio aerea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Item ex hoc aere procedunt tonitrua et fulmina id est vio
lenta opera quibus terrentur et leduntur homines. Volunt
enim superbi et ambitiosi non solum honorari sed etiam ti
meri. ideo seuiunt contra proximum et ipsum iniuste persequun
tur Item ex hoc aere cadunt pluuie grandines et niues
id est multiformia verba Nam superbi et ambitiosi
effundunt pluuias id est verba iactantie et extollentie
grandines id est verba dura et comminatoria aspera et
contumeliosa. niues id est verba false iusticie. quia semper
non solum factis sed etiam verbis nituntur reputari iusti.
Ostendunt enim se iustos foris cum intus sunt iniusti.
sicut nix videtur alba et munda. sed tamen realiter et ve
raciter est aqua immunda. sicut patet quando liquefit et resol
uitur Isti ergo homines aerei .i. superbi et ambitiosi se
ipsos quantum possunt erigunt vt presint. vt dominentur
vt regant. vt reputentur et magnificentur ab hominibus
Ipsi quantum in ipsis est deum inhonorant. proximos con
temnunt. et se mirabiliter occidunt Nam a deo deijciuntur
iuxta illud psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. Et beata
Maria dixit Dispersit superbos mente cordis sui Lu. i.
Nec mirum. quia superbi sunt inimici dei de quibus psal.
dicit Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper Et
Bernardus in quodam sermone dicit. Dico vobis quod omnis
superbus extollitur supra deum. Item idem elatus quan
tum in se est deum inhonorat. non colit deum. sed aduersus
deum extollitur impius plane et infidelis De huiusmodi
inimicis et quomodo ad nihilum redigantur dicit psa. Inimi
ci vero domini mox vt honorificati fuerint et exaltati de
ficientes quemadmodum fumus deficient. Item superbi et
ambitiosi deijciuntur a dyabolo qui admodum luctatorum
illum quem eleuat prosternit et deorsum trahit De ipso namque
dicitur Abacuc. i. Totum subleuauit in hamo traxit illud
in sagena sua. Et Apoc. xij. dicitur quod cauda draconis tra
hebat terciam partem stellarum. et misit eas in terram. Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

exaltauit Julianū in imperium et deiecit a fide et traxit ad multa vicia. Item superbi et ambitiosi per se caduut Unde Jere. l. dicitur Cadet supbus et corruet et nō erit qui resuscitet eum. Naz miro scʒ tamē vero modo elatio vel ambitio que hominez quodammō leuem facit vt eleuetur et ascendat. ipsum eleuatū grauē facit ne diu sursū subsistat. sed vt necesse sit ipsum descendere et cadere. Sicut vapor aqueus alleuiatus et subtiliat⁹ ascēdit sʒ superius existens ingrossatur et grauatur ac descendit. sic et ē de superbo. Nam quia locus proprius superbie non est sursum sed deorsuʒ scʒ in inferno. ideo conatur descēdere et secum deorsum trahere. quem inaniter et vane pri⁹ erexerat. Ex predictis sequitur ꝙ de supbo et ābitioso bene et congruenter intelligitur illud psal. Uidi impiū sup exaltatum et eleuatuʒ sicut cedros libani. Et trāsiui et ecce non erat. Transiui scʒ modicū expectando et fineʒ eius considerādo. Sequitur Quesiui eum et nō est inuentus locus eius quia deiectus detractus et delapsus fuit. De huiusmodi detractione deiectione vel casu superborū et ambitiosorū multa reperiuntur exempla in scripturis auctentiis Primum est de lucifero qui supbiendo appetijt similitudinē dei sʒ statim proiectus corruit Unde Ysa. xiiij dicitur. Quō cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Corruisti in terrā q̄ vulnerabas gētes q̄ dixisti in corde tuo. In celum cōscendam super astra celi exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti in laterib⁹ aquilonis. ascendam super altitudinem nubiuʒ. similis ero altissimo Ueruntamen in infernū detrahens in profundum laci. hec ibi Item ibidem Detracta est ad inferos superbia tua cōcidit cadauer tuum Et bene appellatur cadauer quia propter superbiam suam et ambitionē de pulcerrimo angelo factus fuit subito turpissimus et fedissimus dyabolus Proiectus fuit draco ille magn⁹ serpens antiquus qui vocatur et dyabolus sathanas vt

t iij

hier

Exempla superbor.

Isay.

Lucifer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

dicitur Apocal. xij. Quem saluator noster dixit se vidis-
se sicut fulgur cadentem de celo vt dicitur Luce. x. Item
de ipso Ezechie. xxviij. In multitudine negociatiōis tue
repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti Et ieci te
de monte sancto dei et perdidi te o cherub protegens de
medio lapidum ignitorum Eleuatum est cor tuum in deco-
re tuo et perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In
terram proieci te etcetera. Ecce quod lucifer dicitur corruis-
se. dicitur etiam detractus eiectus aut proiectus fuisse

Ada & eua

Secundum exemplum est de Adam et Eua qui ex eo quod
conceperunt altitudinem contra dei voluntatem scilicet
similitudinem dei in sciēdo et ob hoc transgressi fuerunt
preceptum dei. vt dicitur Genesis. iij. Sola tamen Eua
dicitur peccasse in ambitione. sed ambo preterierunt pcep-
tum dei ambo igitur extrusi fuerunt de paradiso. et cum
tota posteritate sua fuerunt exhereditati. Tertium exē-

Dathan Abiron & Chore.

plum de dathan et Abiron et Chore. qui desiderantes
altum statū siue sublimitatem surrexerunt contra Moysē
et Aarō Dathan enim et abiron ex eo quod erāt de tribu Ru-
ben primogeniti israhelis. ideo volebant preesse popu-
lo et ipsum regere sicut Moyses. et hoc propter primoge-
niturā sui primogenitoris. Chore vero aspirabat ad pō-
tificium reputans se ad hoc ita ydoneum sicut Aaron
cum et ipse esset de tribu leui. Sed omnes male perierūt
quia Dathan et Abiron rupta terra sub pedibus eorum
descenderunt viui in infernum. Chore vero et cōplices
suos celestis ignis egressus a domino cōbussit. vt patet
Numeri. xvi. Quartum exemplum est de Abimelech

Abimelech.

filio Gedeonis ex ancilla. qui inclinauit viros sichimi-
tas ad hoc vt eum cōstituerent regem et conductis viris
vagis et miseris interfecit. lxx. fratres suos et tribus ānis
regnauit Sed a muliere per framē mole confractum fuit
caput eius. et ab armigero suo interfectus misere periit.
vt patet Judic. ix. Quintum exemplum est de Absolō

Absalon.

qui aspirauit ad regnum israhel patre suo adhuc viuen-
te. et propter hoc attractis sibi multis de populo. persequ-
batur patrem fedans lectum eius concumbendo publice
cum concubinis patris sui Et cum quereret occidere pa-
trem suum iusto dei iudicio suspensus proprijs capillis
ad quercū interfectus fuit a Jacob et ab armigeris eius
vt scribitur .ij. Regum .xv. et infra Sextum exemplum
est de Adonia filio Dauid qui regnare voluit patre ad-
huc viuente Quem post obitum fratris cum adhuc sub-
tiliter aspiraret ad regnum. eo quod senior esset salomone.
salomon fecit occidi. vt patet .iij. Regū .i. et .ij. Septi-
mū exemplum est de Aman superbissimo qui indigna-
tus quod Mardocheus non sibi flecteret genua nec adoraret
induxit regem Assuerū vt interfici iuberet omnes iude-
os in suo regno longe lateque constitutos. Sed domino
suum populū protegente Aman suspensus fuit in pati-
bulo quod ipse parari fecerat vt in eo Mardocheus suspē-
deretur: vt patet Hester .iij. et .vij. Octauū exemplum
est de Herode agripa qui in tantam elatus fuit superbiā
vt etiam honorē dei sibi oblatum non recusaret. sed ap-
plauderet populo clamanti voces dei et non hominis.
Sed protinus ab angelo percussus fuit et consumptus ver-
mibus expirauit vt dicitur Act .xij. Et sic innotuit quia
gloria hominis superbi stercus et vermis est. Hodie enī
extollitur et cras non inuenietur. vt dicitur pri. Macha.
ij. Ecce quomō predicti superbi et ambitiosi deiecti fue-
runt et miserabiliter perierunt Soli tamen Adā et Eua
ex omnibus predictis penitentes. et longam penā susti-
nentes inuenerunt misericordie locū apud deum No-
num exemplū erit de antexpo qui extolletur supra omne
quod dicitur deus aut quod colitur. ita vt in templo dei se-
deat ostendens se tanquam ipse sit deus Quē dn̄s ihesus inter-
ficiet spū oris sui. et destruet illustratione aduentus sui. vt
dicitur .ij. ad Thessal. ij. Ex predictis patet quod periculosa sit

Adonia

Aman

Herodes agripa.

Lo 1. c.

Antichristus.

ista temptatio aerea.i.elationis et ambitionis quia dia
bolus sciens causam sue ruine subtiliter per eam homies
temptat. et innumerabiles superat et prosternit Est autē
superbus et ambitiosus sicut vesica inflata. que si pun-
gatur modicum et perforetur statim laxatur. et omnez tu
morem amittit Aut sicut bulla super aquam que statim
cum inflata fuerit annihilatur. aut sicut fumus in altum
tendens qui modico vento agitat⁹ perit et deficit ab ocu
lis intuentiū Aut sicut auis sursum volās que a falcone
vel accipitre deijcitur et occiditur Superbus etiā vel am
bitiosus si qua bona habet gratie dei vel honoꝝ operuz
omnino perdit. quia quicquid boni habet ostendit qua
tenus appareat et laudet̄ Sed ex hoc amittit quod habz
Quia scḋm beatū Gregoriū in omelia Depredari desi-
derat qui thesaurū publice portat in via. Est eni similis
galline que cum ouūz posuerit totam domū suis clamo
ribus replet. et propter hoc ouū suum perdit De elatiōe
vel superbia satis pulcre loquitur hugo in de claustro a-
nime sic dicens. Quatuor trahunt currū elationis scilicz
amor dominandi et amor ꝓprie laudis. contemptus et
in obedientia rote sunt. iactantia et arrogantia. verbosi-
tas et leuitas. Auriga est spūs superbie. Amatores hu
ius mundi ferunt̄ in hoc curru Infrenes sunt equi. volu
biles rote. auriga est peruersus. et qui portatur infirmus
hec ille Hac in temptatione dyabolus xp̄m tēptauit quā
do dixit Si filius dei es mitte te deorsum Mathe.iiij. et
Lu.iiij. ac si dixisset Si miseris te deorsum corā populo
et lesus non fueris laudem et honorem habebis ab ho-
minibus Et q̄uis multa exempla huiusmodi temptati
onis aeree sint tacte superius. tamen ad maiorem instru-
ctionem simpliciū dicam ad huc duo exempla. Primū
scz de quodam temptato per ambitionē et victo. et aliud
de quodam temptato per ambitionem et vincente

Exemplum. Primū est gregorij qui in.iij. dyalogoꝝ

Vesica inflata superbus similis est et bulle in aqua Aui sursum volanti fumo in altum

Greg

libro scribit q cum sabine camusine vrbis episcopi vita in longo senio traheretur. eius archydiaconus ambitione adipiscendi episcopatus accensus eum extinguere veneno molitus est. Qui cu vnite pueris eius animu corripuisset vt mixtum vinum et cu veneno in poculo preberet refectionis hora cum iam vir dei ad edendu discuberet ei premijs corruptus puer hoc quod ab archidyachono eius acceperat veneni poculu obtulit. Cui statim venerabilis eps dixit. Bibe tu hoc quod mihi bibendu prebes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens maluit hoc moriturus bibere q penas pro illa tanti homicidij culpa tolerare Cunq sibi ad os duceret calicem vir domini copescuit eum dicens Non bibas. da michi et ego bibam Sz vade dic ei q illud tibi dedit Ego quidem venenu bibo. sz tu episcopus non eris. Facto igitur signo crucis. veneuu eps bibit securus Eademq hora in alio loco quo inierat archidiaconus eius defunctus est. ac si per os episcopi ad archydiaconi viscera venena illa transissent. Exemplum Secundum exemplu est seueri qui in suo dyalogo scribit q quidam sanctus fugadoru demonu incredibili potestate preditus. no solu presens nec verbo tm. sz absens quoq interdu alicij sui fimbrijs aut epistolis missis corpora obsessa curabat. Et du miro modo frequentaretur a populis ex toto ad eu orbe conuenientibus Insuper etiam a prefectis et comitibus diuersarumq potestatum iudicibus. qui ferebatur etia omni potu abstinere. et pro cibo septe tm cancis sustentari vt ex virtute honor. ita ex honore vanitas cepit obrepere. Quod malum vbi ille primu potuit in se sentire et grassari diu multumq discutere conatus est. Sed repelli penitus vel tacita coscietia vanitas perseuerante virtute no potuit. Vbiq nomen eius demones fatebantur excludere a se confluentes populos non valebat virus interim latens serpebat in pectore. et cuius nutu ex aliorum cor-

poribus demones fugabantur. seipsum occultis cogitationibus vanitatis nō potuit purgare. Totis igitur precibus conuersus ad deum fertur orasse vt p̄missa in se mēsibus quinq; dyaboli ptāte similis hijs fieret quos ipse curauerat. Quid multis morer. Ille prepotēs ille signis atq; virtutibus toto oriente vulgatus. ille ad cuius limina populi ante confluxerunt. ad cuius fores summe istius seculi se prostrauerunt potestates correptus a demone est tentus in vinculis omnia illa que energumini solent ferre perpessus. Quinto demū mense purgatus est non tm̄ demone. sed quod illi erat vtilius atq; optatius vanitate. Per virtutem domini nostri Jhesu cristi viuentis et regnantis in secula seculorū Amen.

Sermo tricesimusoctauus.

Tentatio aquea

De luxuria et aliis viciis carnis

Salomon

Tertia temptatio potest dici aquea. videlicet tēptatio voluptatis carnalis siue sit per luxuriam siue p gulam siue per alia carnis blandimenta. sicut sunt ociū quies. mollicies vestiū aut lector̄. somnus seu que vis alia corporis commoda que non possunt per nature necessitatem seu euidentem vtilitatem excusari. Et bene huiusmodi voluptas cōparat aque. quia ad modum aque fluida est et transitoria. Nam blande et leuiter affluit. q̄n presentatur dulciter et delectabiliter influit. quando admittitur et subtiliter ac nequiter confluit. nec defluit quādo morose retinetur. Hec est aqua furtiua q̄ dolose dulciter sapit. et tamē animā submergit. sapit vt mel. sed interficit vt venenum. per dulcedinem allicit sed per venenum inficit. ymo verius interficit. Ideo puerbiorū. ix. de huiusmodi aquis dicitur Aque furtiue dulciores sūt. Vnde voluptas merito tanq; venenum non solum inficere sed etiam interficere dicitur quia duplicem inducit mortem scilicet culpe mortalis iuxta illud ad Romanos

it. Prudentia carnis mors est et eterne damnatiōis. Si Paul.
secundū carnem vixeritis moriemini Item hec aqua est
sordida fetens et immūda Caro nanq ex immunda ter
ra facta et in immūdam terrā resoluanda. delectatiōib⁹
gaudet immundis. et sic temptat et mouetur immūdis cō
cupiscentijs Ideo psal. qui hanc aquam aliqualiter ad/
miserat periculum anime sue sentiens exclamauit dicēs
Saluum me fac deus quoniā intrauerunt aque vsq
ad animā meam Infixus sum in limo pfundi Ecce q
illam aquam appellat limū id est sordidā et immūdā Ier.
De hac aqua dicitur Iere. ij. Quid tibi vis in via egyp
ti vt bibas aquam turbidā Per egyptum intelligit mū Egyptus
dus tenebrosus et angustijs plenus Egytus enī interp
tatur tenebre vel angustia. via egypti est cōmunis vita
in hoc mundo in qua bibitur aqua turbida et sumit de/
lectatio carnalis De immūdicia carnis dicitur iob. vij. Job.
Induta est caro mea putredine et sordibus pulueris Et
Hugo libro primo de claustro anime dicit Nihil aliud ē
caro cum qua tanta est societas nisi spuma caro facta fra Caro qd sit
gili vestita decore Sed quid erit quādo erit cadauer mi/
serum et putridum et cibus vermium. Si diligenter con
sideres quid per os et nares et ceteros corporis meatus
egreditur. vilius sterquilinium nunq vidisti Si singu/
las eius miserias numerare velis q sit onerata peccatis
irretita vicijs. pruriens concupiscentijs. occupata passio
nibus. polluta illusionibus. prona semper in malum et
in omne vicium procliuis plenam omni confusione et confusionē
ignominia inuenies. hec ille Ecce qualis est caro nostra
Si igitur tam feda et immūda est caro. non est mirum q
carnalis concupiscentia inde contrahat feditatem et im/
mundiciā que tanq aqua immūda maculat animam et
fedat templum dei. Item hec aqua potest dici aqua
contradictionis Nā primo contradicit et repugnat cri
sto et vite eius qui omnem carnis voluptatem fugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Non eñ deliciosa sed amara et aspera elegit in hoc mundo Xps eñ vt Bernardus dicit Elegit quod carni molestius fuit. Item idem Bernardus. Stultus est qui putat ad regnum celoꝝ peruenire posse per carnis delicias quando xps asperam viã precedendo monstrauit. Itez idem Non decet sub spinato capite mẽbrum delicatũ viuere Hinc est ꝙ voluptas carnis inimica est deo. Unde ad Romanos. ix. dicit Sapientia carnis inimica ẽ deo Legi eñ dei non est subiecta nec eñ potest Qui autez in carne sunt deo placere non possunt. hec ibi. Secundo cõtradicit spũi. de hoc Sapi. ix. dicitur Corpus quod corrumpitur aggrauat animã et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et ad Galathas. v. dicit Caro concupiscit aduersus spiritum et spũs aduersꝰ carnez Quod Gregorius in moral. exponit di. Caro nostra acriter aduersus spiritũ concupiscit et assidue murmurat et impatiens est discipline nec rationi obtemperat nec vllo timore cohibetur Et Aug. Spiritus deficit vbi caro requiescit Tertio contradicit fere omnibus virtutibus et virtutum exercitus Nam fere omnibus vicijs viam prebet et ea in animã introducit virtutesq̃ excludit Vñ Bernardus A planta pedis vsq̃ ad verticem non est in me sanitas. totum inficit cõcupiscentia. lex peccati in oĩbus membris meis inuenitur Undiq̃ per fenestras mors intrare contendit. et intus fomes totius nequicie periculosius seuit crudelius malignatur Hec Bernar. Et Greg. in moral. dicit Nos gestamus laqueum nostrũ nobiscũ circunferimus inimicum. carnem nostraz loquor de peccato natam. in peccato nutritam. corruptã nimis ipa origine sed multo amplius praua cõsuetudine viciatã hec est ergo aqua submergens scz voluptas. de qua dicit Seneca in quadam epistola Quidam se voluptatibus mergunt. quibus in consuetudinem adductis carere nõ possunt. Seruiunt itaq̃ voluptatibus non fruuntur.

et mala sua quod maloꝝ vltimum est emant. Hec ille.
Ideo de voluptuosis et carnalibus potest dici illō Exo
xv. Submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētib⁹.
Unde voluptates carnales primo valde dulciter leuiter
et subtiliter affluūt et influūt. Sed cum interiora reple-
uerint fortiter agunt in animā et quodāmodo eam cap-
tiuam tenent et scdm diuersa desideria hincinde trahunt
et inclinant. intm vt homines huiusmodi voluptatibus
dediti dicere soleant Ego non possum dimittere quin sic
aut sic faciam scdm cōcupiscentias meas Sed hec aqua
voluptatis quantum deo displicet et homini non solū
periculosa sed et damnosa est tm placet diabolo Ipse nā
q̄ quiescere ac dormire dicitur in cordibus voluptuosis
De ipso nanq̄ voce dominica dicitur Sub vmbra dor-
mit in secreto calami in locis humentibus id est in cordi
bus voluptuosis Iob. xl. vbi per vmbraꝫ nō in mento
obliuio dei designatur. quaꝫ potissime habent voluptu
osi. qui delicijs carnis immersi deum videre aut nō pos
sunt aut nolunt Unde Gregorius in moralib⁹ exponēs
illud In vmbra mortis sedent etc̄. dicit. In vmbra mor-
tis sedere est a diuini amoris noticia in obliuionem la-
cescere Dicitur etiam in verbis domini predictis. in secre
to calami. i. in corde peccatoris. Peccator eīn tanq̄ cala
mus licet foris plen⁹ appareat intus tamē omni grā et
virtute vacu⁹ est. vbi et subdit in locis vehemētib⁹. i. in
cordib⁹ aq̄s deliciaꝝ et voluptatū carnaliū repletis Ibi
nāq̄ diabol⁹ dormit qr spōte ad miss⁹ et introduct⁹ nō
expellitur sed ibidem permanere permittitur. Quo ɔtra
de spū imundo exeūte vel expulso ab homine voce do-
minica dicitur. Cum immundus spūs exierit ab homie
ambulat per loca inaquosa id est carētia aquis deliciaꝝ
et voluptatum carnalium requiem querens et non inue
niens. Luce xi. Simile fere dicitur Math. xij. Hanc igit
aquam dyabolus quantum pōt effundit et ab homib⁹

infundit quatinus ipsos ad se trahat. inuoluat. absorbe
at et submergat In signum huius Apocal'. xij. diciturꝙ
serpens id est dyabolus misit ex ore suo post mulierem
id est post animā hominis aquā tanꝙ flumē. Quomō
aūt dyabolus per aquā voluptatis trahat et submergat
potest ostendi multis exemplis ex sacra scriptura. Pri-
mū exemplū est de diluuio Nā añ diluuiū homines tā
carnales facti fuerāt et in carnales voluptates sic dimer
si fuerant ꝙ omnis caro corruperat viam suam cūdo scȝ
post cōcupiscentias suas Propter quod totus fere mun
dus quo ad homines et iumenta ac volatilia celi delet⁹
fuit. solis scȝ illis saluatis qui erant in archa. vt pȝ Ge.
vi. et infra Et merito quia homies generali diluuio pec
catorum submersi fuerūt. ideo generali diluuio aquarū
humanū genus cum animalibus sibi deseruientib⁹ do-
minus deleuit Secundū exemplum est de Sodoma
et alijs quatuor ciuitatibus vicinis in quibus quia vo-
luptas carnis regnabat intm̄ vt ibidem decem iusti non
possent reperiri. dominus vltionē exercuit horrendā vt
subuerterentur pluente domino de super ignē et sulphur
vt dicitur Genes. xix. Ubi notandū ꝙ vna causa subuer
sionis illarū ciuitatū fuit saturitas panis. i. gulositas vt
dicit Ezechi. xvi. Gula em̄ ꝓuocat suscitat et fouet luxu
riam. Nam sicut per ligna crescit et fouetur ignis natura
lis. sic per gulosaȝ superfluitatē nutrit ac augetur libido
Tertium exemplum est de filijs israel in deserto qui co-
mederunt et biberunt et surrexerunt ludere Exodi xxxij.
Quod Apostolus exponens de lusu ydolatrie dicēs. i.
ad corinth. x. Neqȝ ydolatre efficiamini sicut quidam ex
ipsis quemadmoduȝ scriptum est Sedit populus man-
ducare et bibere et surrexerunt ludere. Propter quod
peccatum ceciderunt vigintitria milia hominuȝ vt patet
Exodi. tricesimosecdo. Item filij israhel comedentes
et bibentes de sacrificijs beelphegor ad instigationem

Gula

filii Israel in deserto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

mulierum de madyam: etiam impudice cum eis concu-
buerunt. Quapropter quasi .xxiiij. milia hominum occi-
sa fuerunt. quando scilicet phinees filius eleazari occi- Phinees
dit zambri de tribu symeonis cuz scorto madianitide. vt Zambri
dicitur Numeri .xxv. Et ista transgressio filiorum israel
ortum habuit ex consilio balaham quod balach dedit
regi moabitarum scilicet vt filij israel per mulieres pul-
cras et per superfluitatem ciborum inducerentur ad irri-
tandum deum Ideo Apocal. ij. dicitur angelo id est e-
piscopo pergami ecclesie. Habeo aduersum te pauca qr
habes illic tenentes doctrinam balaham qui docebat
balach mittere scādalū corā filijs israel edere et fornicari
Quartum exemplum est de filijs Beniamin de quibus filii beniamin
dicitur Judicum decimonono. et .xx. q propter suaz car-
nalitatem et impudicam libidinem quam exercuerunt
in vxorem leuite vsqꝫ ad mortem eius tota illa tribus ex-
ceptis sexcentis viris deleta fuit. interfectis vigintiquin-
qꝫ milibus viris educentibus gladium et fortissimis oc-
cisis etiam mulieribus et paruulis et ciuitatibus ac vil-
lis eorum combustis. Quintum exemplum est de o- holofernes
lopherne qui ardens in concupiscentia Judich et nimia
ebrietate sopitus. ab ipsa fuit proprio pugione decola-
tus vt dicitur Judich. xij. et xiij. Sextum exemplum
est de Herode antipa filio herodis magni qui absortus herodes antipa
libidine herodiadem vxorem philippi fratris sui eidem
abstullit sibiqꝫ copulauit cōtra ratiouem et naturam et
legem dei Qui in tantam deuenit vesaniam vt machina-
tione eiusdem Herodiadis beatum Johannez baptistā
fecit in carcere decollari. caputqꝫ eius filie herodiadis pro
mercede saltationis dari vt patet Mar. vi. et Mathe. deci-
moquarto. Iste Herodes legitur a cesare gayo mis-
sus viennam in exilium vbi cum herodiade miserabili-
ter vixit et vitam finiuit Septimum exemplum est de flauius dux rom
flauio duce romanorum. de quo hiero. sic dicit in omel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Legimus in hystoria romana flauiũ ducem romanum
q accubanti iuxta se meretricule que nunq̄ vidisse se di-
xit hominem decolatũ. assensus sit vt reus quidam ca-
pitalis criminis in conuiuio truncaretur a censoribus pul
sum curia· q epulas sanguini miscuerit et mortez q̄uis
noxij hominis in alterius delicias prestiterit vt homici-
dium et libido miscerentur. Hac temptatione aquea
dyabolus xp̄m temptauit quando dixit ei esurienti. Si
filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Mathe. iiij.
et Lu. iiij. Et licet nõ fuisset malũ si domin9 fecissꝫ sicut
ille temptator suggessit. tamen dominus hoc facere no-
luit ad diaboli suggestionem dans nobis exemplum vt
quãtumcunqꝫ bonũ videat̃ nobis quod dyabolus sug
gerit. semper habeamus illud suspectum. eo q intentio
suggerentis est mala. qui etiam sub specie boni suã ma-
liciosam fraudem solet occultare Et nota q diabol9 xp̄ꝫ
temptauit de gula. et quia in hoc cuꝫ superare nõ potuit
ideo de luxuria cũ temptare non p̄sumpsit Nam minus
mala videt̃ gula q̄ luxuria. quia gula vel necessitate na-
ture vel vtilitate deo melius seruiendi. coloratius vl' ap
parentius videtur excusari q̄ luxuria Et q̄uis superius
multa sint exempla pretacta de hmõi temptatione tamē
ob informationē simpliciuꝫ. quedam recētius facta sũt
recitanda. Exemplũ De temptatione luxurie satis
legimus de sancto Benedicto prout Gregorius scribit
in. ij. dyalogi. q tã grauiter temptatus fuit in principio
ↄuersionis sue de quadam muliere quã aliquando vide
rat q deliberauit redire ad seculuꝫ. Sed inspirante dño
in se reuersus tam diu nudum se volutabat inter spinas
et tribulos quousqꝫ tota tēptatio illa fuit in ip̄o extincta
Exēplũ De btõ etiã Anthonio scribit btũs Athanasi9
q in pricipio sue ↄuersiõis cũ impugnat9 a spũ fornica
tionis ei resisteret tandem dyabol9 in specie nigri pueri
ante cuꝫ ꝓstratus apparuit. et se ab eo victũ ↄfessus fuit.

Sanctus benedictus

Sanctus Ant[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Exemplum. In libro de apibus scribitur ꝙ cum quidam eps. imperatorē Fredericū de impudicicia ar‐gueret. illi foris patienter suscipiens sed intus fremens vni suarū cōcubinarū precepit vt episcopū ad concubi‐tum prouocaret. Quod vbi illa attēptauit vir sanctus maxillam eius manu sua tam valide percussit vt eā in terrā eliderct. propter quod imperator virum dei post modū in magna reuerentia habuit Exemplū In eodem libro scribit̄ ꝙ quidā predicator dñicus nomie et olim socius sancti dominici in hyspania fuit. cuius famam quedā meretrix vidit et audiuit. et dyabolo in‐stigante regi promisit vt cū ad peccatū alliceret. Finxit igitur se contritam et cū lacrimis dicto fratri cōfessa pu blicam egit penitentiam. et habitu mutato humilitatez et obedientiam ostēdit. Tandē cum quotidie coraz co fleret et ille cōsolando cās lacrimarū suarum inquireret et se facturū quicquid pro salute sua posset promittere illa quasi gratias agens lasciuis oculis petiuit pro sa‐lute sua vt semel secum concumberet. Mox ille dolum dyaboli intelligens assignauit ei tempus et locum. et ipse interim suppliciter dñm exorauit. Mulier aūt inti‐mauit regi et suis quid egit. Tēpore autem statuto ve‐nit illa pulsauit et intromissa fuit. Tunc vir dei posuit se super carbones in magna ꝙtitate ibi succēsos dicēs Ecce lectus tali opere dignus. hic cuba mecū aliuz nō habebitis. Mox mulier quasi mortua cecidit. Milites vero ex insidijs irruētes et hoc videntes petierūt veniā Et nisi vir dei restituisset mulierem in eisdē carbonibus cōbussissent. Ipse nanqȝ nec in corpore nec in vestibus fuit vstus. Exemplum de gula scribit Theodorus ꝙ quidam monachus gula temptatus simulans se ab stinentem in occulto frequenter comedit. Infirmatus autē et in extremis cōstitutus clamabat dicens ꝙ dya bolus in specie draconis cum absorberet et ꝙ manus

Socius S. Dominici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

et pedes eius iam ligauerit. et os eius in ore suo posue rit animam eius absorbens. Et hoc dicens expirauit.

Exemplum. Cesarius scribit q quidam cõuersus cellerarius ordinis premonstrattensium desiderio car/nes edendi tẽptatus et victus. Die quadã assaturã sibi preparatam cellarium intrans occulte comedit. Quem mox dyabolus rapuit et in tecto cãpanilis posuit. vbi cum hereret et casum pertimesceret. clamauit valide fratrũ auxilium petens. Quem videntes ascendebant. et foramine in tecto facto ad se trahebant. Exemplum Legitur etiam q quidam cõuersus cellarius tẽptatus post completorium potare. cum iret versus cellarium vt suum desiderium perficeret et quoddam altare pre/teriens profunde inclinaret temptator dixit ei. Nisi tam profunde inclinasses: ego potũ tibi propinassem quem in tota vita tua non digessisses. et sic ille conuersus ad se reuersus a talibus trãsgressionibus studuit abstinere Per gratiã dñi nostri Jhesu christi qui est cum patre et spiritusancto benedictus in secula. Amen.

Sermo tricesimusnonus.

Tentatio terrena
Avaritia
Omnis ho terra dr

q Uarta temptatio potest dici terrea siue terrestris scz que est de bonis terrenis et trãsitorijs acqui/rendis vel posidendis. et cõmuni nomine appellatur temptatio auaricie quapropter auari possunt dici terrei vel terrestres. ymo quilibet auarus potest dici terra.

Pro quo notandũ q tribus modis homo terra appellatur. scz ratione materialis conditionis. ratione cõuersationis virtuose. et ratione viciose operationis.

Quantũ ad primũ dico q quilibz homo potest dici terra. quia corpus eius materialiter de terra ẽ et in terrã cõuertet. vt habet. Gen. ij. et. iij. De hoc etiam dicitur Eccli. xvij. Deus de terra creauit hominẽ et iterum con/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

uertit illum in ipsam. Itē Eccl. xl. dicit. Oīa que de terra sunt in terram conuertentur. Ideo supbo homini per increpationē dicit. Quid superbis terra et cinis. Eccl. x. Est enī homo factus de terra et erit cinis terre. ideo merito appellatur terra. Ad hunc sensum homini dicit Hieremie. xxij. Terra terra terra audi sermonē domini Ubi ter dicit terra ad insinuandū q̄ homo de terra est originaliter. et terra est actualiter. et in terrā conuertetur finaliter. Ista tamen terreitas nec est per se homini meritoria nec demeritoria: quia ē generalis omni homini siue bono siue malo. Quantū ad secundum dico q̄ quilibet bonus homo potest appellari terra. Uñ psal. dicit. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. Ipsa est terra bona q̄ recipit semen et multiplicē fructū reddit Dicit aūt bonus homo terra ꝓpter quasdam proprietates terre laudabiles que satis conformes sunt vite et statui boni hominis. Terra nanq̄ est fixa et imobilis. Sic et q̄libet bonus hō debet esse firmus et stabilis in bonitate. nec debet moueri aut flecti per oēm ventū tēptationis ad modū arundinis quia nec ad dextrā nec ad sinistram debet incuruari. nec debet blandis allici. nec tristibus frangi. nec prosperitate debet erigi. nec aduersitate deijci. Hec est terra de qua dicit psal. Fundasti terram et ꝑmanet. Item Fundasti terrā super stabilitatē suam. Itē Terra habet in se metalla gēmas et lapides siue saxa quibus designant diuerse varieq̄ species virtutū scȝ tam cognitiuarū q̄ actiuarū et passiuarū. q̄s etiā in se occultat q̄a bonus hō non vult videri vel apparere: sed magis esse vult in occulto habēs pre oculis illud Mat. v. Pater tuus q̄ videt in abscondito reddet tibi. Itē terra emittit et effundit ac largit fontes et flumina quibus exuberās doctrina designatur. Boni nāq̄ licet virtutes suas occultent tñ proximū docere et edificare q̄tum possūt conant. Unde prouerbioꝝ. v. dicit.

Terra ter d[r]. hic

bonus hō terra d[r]

[illegible] proprietates terre [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Diriuentur fontes tui foras: et in plateis diuide aquas
Item terra inter oia elementa magis est fructuosa. Sic
bonus homo semper conatur bene agere ac meritorie o
perari iuxta illud Apostoli ad Col'.i. In omni opere
bono fructificantes. Unde beata Maria q̄ oportunuʒ
fructū protulit dicit' terra benedicta. De qua psal. dicit.
Benedixisti dn̄e terram tuā: Et infra. Dn̄s dabit beni-
gnitatem: et terra nostra dabit fructū suuʒ. De qua etiā
Ysaias predixerat. Rorate celi desuper. etc̄. Aperiatur
terra et germinet saluatorē. Ysa. xlv. Quod exponens
Augustinus dicit. Aperiatur terra audiat maria et ger
minet saluatorem et pariet Ihesum. Quantū ad ter
tium dico ꝙ quilibet homo malus et specialiter aua-
rus potest dici terra eo ꝙ amat terraʒ. Dicit enī Aug⁹.
Talis est quisq̄ qualis est eius dilectio. Si terrā dili-
gis terra eris id est terra appellaberis. Specialiter tn̄ a
uarus dicit' terra propter proprietates quasdam terre q̄
peccatori et specialiter auaro possunt satis aptari. Pria
proprietas ē ꝙ terra est immūda nigra et deformis. et
est quasi sentina omniū sordium in eam confluentium
Sic reuera ē de auaro. Ipse nanq̄ niger ē et immūdus
vtpute rebus terrenis limosis et immūdis inuolutus
prebens in se fere oibus vicijs liberū introitum et influ
xum. Radix enī omniū maloꝝ est cupiditas vt dicitur
prima ad Thi. vlti. Unde ex hac radice pestifera oium-
fere peccatorū genera ꝓdeunt. Ex ipsa procedunt fur
ta spolia et latrocinia fraudes mēdacia et periuria rerū
sophisticationes mala lucra et ludi ꝓhibiti. Quid dicā
de vsura laycorū de symonia clericorū et de proprieta-
te religiosorum. Unde frequentius contentiones odia
et guerre inter homines nisi ex desiderio rerū munda-
narū. Bene igit' dicit Gregorius in moralibus. Cui cu
piditas dominari dicit' subiectus malis omnibus de-
monstratur. Itē dicit augustinus in de libero arbitrio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Et addit de auaricia oīa mala oriuntur et peccatorum
oium spine producunt. De auaricia dicit Hiero. in qua
dam ep̄la. Cum cetera vicia senescente homine senescāt
sola auaricia iuuenescit. Secunda proprietas terre
est q̄ ipsa est dura. Sic reuera auarus ē durus in senec
acquiescens diuine inspirationi nec proprie rationi nec
alterius āmonitionis vt molescat et liquefiat ad peni-
tentiam ad conuersionem morū suorum ad operatio-
nem virtutū. Est etiam proximo durus cuius non mi
seretur cui non subuenit sed quem magis dānificat. vn̄
Innocentius in de vilitate conditionis humane dicit
Auarus offendit deum proximū et seipsum. nam deo
detinet de vita. proximo denegat necessaria. sibi subtra
hit oportuna. Deo ingratus. proximo impius: sibi cru
delis. Hec ille. Nec mirū quia sicut cōgregat sibi thesau
rum terrenum. sic thesaurizat super se iram dn̄i. Implet
domum exterioribus rebus transitorijs et domum in-
teriorē vicijs. Tertia p̄prietas terre ē q̄ ipsa ē grauis
semper tendens et trahens deorsuz. Et q̄nto res aliqua
plus habet de terra materialiter tanto ceteris paribus
est grauior et pronior ad descensum. Sic reuera auari-
cia trahit deorsum ad terrena bona et terrena negocia.
Ideo de auaris et terrenorum amatoribus dicit psal.
Filij hominū vsq̄quo graui corde vt quid diligitis va
nitatem et queritis mendacium. Auaricia ergo reddit
animam grauez vt supernis bonis relictis adhereat in
ferioribus. Unde grego. in moral. dicit. Peccatū auari
cie mentem quā infecerit ita grauem reddit vt ad appe
tenda sublimia attolli nō possit. Idcirco sicut Aposto
lus in persona iustorum dicit ad philip. iij. Nostra cō-
uersatio in celis est. Sic in persona auarorū dicit psal:
Quoniā humiliata est in puluere anima nostra. cōglu
tinatus est in terra venter noster. Auarus ergo ꝯtēptis
celestibus querit terrena. pro perpetuis bonis inheret

transitorijs et exilium desiderat inhabitare pro patria Sed ve sibi et iterum ve. quando hec terrena deserere cōpelletur quibus inheserat. et illa celestia percipere non poterit que contēpserat. Quarta proprietas terre est ꝙ ipsa est frigida. Parum enī aut nihil caloris intrinsecus percipit ꝗuis sol per totum diem lumen suum calefactiuū super eam diffundat. Sic auarus deuȝ ex corde non diligit. nec colit propter ipsum. scȝ deū aut propter salutem propriam. Sed si quid diuini amoris in ipso est hoc solum est superficialiter et propter bona exteriora. Nec miruȝ quia cor suum penitus effundit sup bona temporalia. hinc est ꝙ Apostolus appellat auariciam seruitutem dyabolorum ad Ephe. v. et ad colocenses. iij. Cuius causa est quia auarus seruit pecunie et non deo nisi propter pecuniam. Vñ dñs dixit. Non potestis deo seruire et mammone Mat. vi. Ex predictis igitur patet ꝙ fugienda sit auaricia et quantum resistendū sit huic terrene tēptationi per quā homo efficitur terra mala et reproba que maledictio proxima est. et cuius finis erit in cōbustionem. vt dicit ad hebreos. vi. Timeat ergo homo et caueat ne sit terra et deuoret a dyabolo: quia serpenti est data terra ad comedenduȝ quando dñs dixit serpenti. ymo dyabolo terram comedes. Gñ. iij. Ideo Augustinus in de agone christiano dicit. Non simus terra si nolumus manducari a serpente. Et notandū ē ꝙ scdm Aug. in quodā sermone. Nō solū auarus ē qui rapit aliena. sed et ille qui cupide seruat sua. Ideo possunt distingui due species auaricie. quarū vna cōsistit in cupida rerū tēporaliū acquisitione. secūda in tenaci eorū possessione. Et sic prima spēs potest dici cupiditas. secūda tenacitas vtraqȝ tñ cōsueuit appellari auaricia. Et licet oīs tenax sit cōmuniter cupidus. non tamen oīs cupidus est tenax. quia multi auare colligunt et prodigaliter expendunt. Nam multi

Aug.

Cupiditas & tenacitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

est prodigalitate mouent cupide colligere Est autem auaricia summopere fugienda. quia stultum facit hominem. vnde stulticia auari multipliciter apparet. Primo: quia animam suam vendit pro vili precio. Eccl'i. decimo. Auaro nihil est scelestius. hic enim animã suã venalem habet. Secundo quia sitit et talem potum bibit vnde sitis non sedatur nec cessat sed magis crescit ideo comparatur ydropico. Tertio quia ignem conatur extinguere per impositionẽ combustibilium. cũ tamen inde magis augeatur. Unde Hieronimus dicit. Modum non habet auaricia nec capiendo expletur sed incitatur. Quarto quia quiescere desiderat et letari et tamen querit labores et dolores. Nam de diuite auaro dicitur Ecclesiastes. ij. Cuncti dies eius doloribus et erumnis pleni sunt. nec per noctẽ mente requiescit. Quinto exonerari cupit et tamẽ quotidie magis et magis se onerat. De hoc dicit Augustinus in de doctrina christiana. Quid est qd dicis ego diues ille pauper. sarcinam tuam commendas: pondus tuũ laudas Sexto quia ditari vult et tamen se pauperã facit. De hoc dicit Seneca in epistola quadã. Non est pauper q minus habet sed qui plus cupit. Nec q plus habet sed qui minus cupit diues est. Septimo vult esse liber: sed tamen voluntarie se ligari et laqueari permittit. vñ prima ad Thimo. vltimo dicitur. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationẽ et in laqueũ dyaboli. Itẽ auaricia est fugiẽda quia multas habet cõparationes satis detestabiles: Primo nanq auarus cõparatur inferno quia nunq satiatur. De hoc dicitur Abacuc. ij. Dilatauit quasi infernus animam suam. Et Aug'. in quadam epistola sic dicit. Auarus vir inferno similis est. Infernus enim quoscunq deuorat et nunq dicit satis est. sic et si omnes thesauri confluxerunt in auarum

Secundo comparatur morti eo quod numquam devorare cessat. Unde abacuc. ij. dicitur. Ipse quasi mors non adimplebitur. Tertio comparatur mari quia omnia flumina intrant mare et mare non redundat. Eccl. primo Quarto comparatur cani iacenti super fenum quod ipse non comedit tamen non permittit alias bestias inde comedere. Quinto comparatur talpe qui terram circumvoluit et super se aggerat. Unde abacuc. ij. dicitur. Ve ei qui multiplicat non sua usquequo aggrauat contra se densum lutum. Sexto comparatur aranee que se euiscerat ut telam faciat et muscas capiat. Ideo de talibus potest dici illud Ysa. lix. Telas aranee texuerunt. Septimo comparatur sacco pertuso. id est inferius perforato cui quicquid superius immittitur inferius egreditur et sic numquam implebitur. Unde aggei. i. dicitur. Qui mercedes congregauit misit eas in sacculum percusum. Item auaricia merito fugienda est attendendo diversa exempla auarorum qui propter auariciam misere perierunt. Primum exemplum est de Balaam qui propterea quod ei rex moabitarum promiserat dedit malum consilium contra filios israhel ut tactum est in sermone precedenti et habetur. Nume. xxiij. et xxiiij. Et in epistola iude dicitur. Ve illis qui in viam Caym abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt. Ecce qui non fuit ausus maledicere populo israhel quem cognouit benedictum a deo. Et paulo ante dixerat. Moriatur anima mea morte iustorum et fiant nouissima mea horum similia dedit contra eos consilium pessimum et hoc propter munera. Sed iste Balaam male periit: quia cum madianitis occisus fuit gladio a filijs israhel: ut patet Nume. xxxi. Secundum exemplum est de achar filio charmi qui furtum fecit in hierico et sumpsit de anathemate. Propter quod dominus iratus toti populo quosdam tradidit in manus hostium. Sed idem achar deprehensus et confessus lapidatus fuit. et omnia que ipsius

morti mari comparatur
mari comparatur auarus
Cani iacenti super fenum
Talpe comparatur auarus
Aranee
Sacco pertuso
balaam
Exempla auari qui perierunt
achar

erant igne consumpta fuerunt. vt dicitur Josue. vij. et viij. Tertium exemplum est de gyesi ministro helisei prophete qui recepit dona a naaman syro contra voluntatem dicti prophete. et mentitus fuit prius naamã et postea helisco propter quod lepra naaman adhesit ei et semini eius. vt dicitur. iiij. Regum. v. Quartuz exemplũ est de elyadoro misso a celeuco rege asie spoliare tẽplum in hierusalem. Sed diuinitus ad morte percussus fuit: Quĩ tamen precibus et oblatione onie pontificis conualuit vt dicit. ij. Machabe. iij. Quintum exẽplum est de quibusdaz iudeis qui pecunia corrupti quosdam hostes euadere permiserũt. sed ipsis postmodum ab hostibus interfectis. predicta pecunia sub vestibus eorum fuit reperta. Et ob hoc alij timore concussi iustũ iudicẽ benedixerunt. agnoscentes quod propter illam pecuniã corruissent: vt patet. ij. Machabeoꝝ. x. et xij. Sextum exemplum est de iuda scarioth qui propter pecuniã dñm tradidit. vt oms euangeliste testant Sed postea seipsum laqueo suspendit. vt dicit Math. xxvi. et Act. primo: Septimũ exemplum est de anania et saphira vxore eius qui vendito agro suo partem precij tulerũt ad pedes apostolorum. et partem pro se ipsis occulte reseruabant mentientes se totum attulisse Sed ab apostolo Petro correcti subito corruerunt et expirauerunt. vt dicit actuũ. v. Octauũ exemplum est de symone mago qui petro et Johanni apostolis in samaria obtulit pecuniã vt haberet potestatem dandi spiritumsanctũ per manum suarum impositionẽ. volens pro pecunia spiritũsanctum alijs dare et quodãmodo vendere. Quod Petrus per spiritũ agnoscens dixit ei. Pecunia tua tecum sit in perditionem. vt dicitur Act. viij. Sed ipse male perijt vt dicitur in legenda sanctoꝝ petri et pauli. Ex predictis satis patet quod mala sit auaritia et quod periculosa sit ista temptatio terrea: Qua tñ

Gyesi minister helisei

Eliadorus

Hebrei ...

Judas scariothis

Anania & vxor

Simon magus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

temptatione dyabolus xp̄m temptare presumpsit qñ a do ipsum duxit in montem excelsum. et promisit se ei daturũ oĩa regna mundi si cadẽs euz adoraret. vt dicit Mat. iiij. et Lu. iiij. Et licet multa sint exempla ex sacra scriptura tacta in detestationem auaricie. tamen ꝓpter simplices quedam exempla moderniora tangam.

Exemplum In libro de illustribus viris ordinis cisterciensis scribitur ꝙ quidam abbas cistercieñ. quãdam sancte vite virginem religiosaz rogauit vt peteret sibi reuelari quid in ordine cistercieñ. magis contrariuz puritati vere religionis irrepsisset. Que acceptis inducijs et fusis interim ad dñm precibus abbati postea respondit. Sciatis dñe tria esse in ordine vestro que specialiter oculos summe maiestatis offendunt. videlicet multiplicationem agrorũ. superfluitatẽ edificiorum. et lasciuiam vocũ. in quorum primo reprobatur auaricia.

Unde cōfortatus clam discessit carthusiam venit cum gaudio receptus et indutus fuit. Et interrogatus post ea an de violatione illius promissionis dolorem aut scrupulū cōscientie habuerit. Respondit se nunq̄ inde dolorē sed gaudiū habuisse. vnde tm̄ profectū salutis accepisset. His non inutiliter premissis videndū est de operatione mala q̄ merito fugienda est eo q꜄ deo displicet. Propter qd̓ deus cū indignatione malos opanos a se repellit dicēs nunq̄ noui vos discedite a me oms qui opamini iniquitatē. Mat. vij. Nec mirū quia confitetur se nosse deū. factis aūt negant. vt dicit̄ ad Titum primo. De talibus dicit psal'. Da illis secundū opa eoꝝ et secundū nequiciā adinuentionū ipoꝝ. secundū opa manuū eoꝝ tribue illis. redde retributionē ipsoꝝ ipis Quoniā non intellexerūt opa dn̄i. et in opera manuū eius destrues illos et nō edificabis eos. Possum⁹ aūt quatuor causas alias cōsiderare propter quas malum opus est fugiendū. Prima causa ē quia graue ē et amaritudinē inducit. Nā licet facile et dulce videatur in pri͞o aggressu tm̄ in pgressu continue magis et magis grauat et amarescit et trahit ad finē amarissimū. In figura h⁹ dicit̄ Exo. sic. Oderant filios israhel egyptij et affligebant illudētes eis atq̄ ad amaritudinē producebant vitā eorum opibus duri luti et lateris. Ad propositū per egyptios intelligunt̄ demones quibus preest ille Pharao sc̄z lucifer qui est rex sup oms filios superbie. Egyptius quippe interpretat̄ tenebrosus. Per filios vero israhel intelliguntur fideles qui deū per fidem agnoscunt. Demones ergo odiunt fideles odio pessimo quia querūt eos mortificare morte damnatiōis. Ideo psal'. dicit. Odio iniquo oderunt me. Et demones affligunt fideles illudentes eis. id est dolose deridentes. Promittunt eñ delectationem et soluunt afflictionem et ad amaritudinem perducunt vitam eorum sc̄z postq̄

quattuor causis malum fugiendum

Egyptii .i. demones

peccatū cōmiserunt. Unde hiere. ij. dicit. Scito et vide quia maluz et amarū est te reliquisse dn̄m deum tuum et nō esse timorē eius apud te. Sequit in operib⁹ duris quia pctm̄ est opus durum et graue intm̄ ꝙ pctōr qn̄qꝫ maiore labore et difficultate seruit dyabolo ꝙ̄ bonus homo deo. Exemplū. Sic ergo noui quosdam raptores qui tēpore hyemali rapinā exercētes cū propter inclementiam aeris essent multū indispositi et corporaliter afflicti. dixerunt ꝙ maiori difficultate et grauioribus laboribus pertingerent ad dānationēz ꝙ̄ religiosi ad regnū celorū. Uerum dixerunt gementes de misero statu suo sed heu vitā nō emendantes. Idcirco dānati conqueruntur in inferno dicentes illud Sapien̄. v. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis ambulauimus vias difficiles Per oppositum vero bonū op⁹ facile et dulce est. Nec mirum qꝛ ibi deus est adiutor in operando. Unde ad phil'. i. dicitur. Qui cepit in vobis opus bonū perficiet. Item. ij. Deus ē qui operatur in vobis et velle et perficere. ꝓ bona voluntate. Ideo ysa. xxvi. dicitur. Omnia em̄ opera nostra scꝫ bona operat⁹ est nobis. Hanc facilitatem bene operandi dn̄s ostēdit dicēs. Jugum meū suaue est et onus meū leue. Math. xi. Ipse nanqꝫ inuitat nos ad ambulādū et ducit nos: ponit nos ad operandū et ipse cooperat. imponit on⁹ super nos et ipsum portat. bene igit dicit prima. Jo. v. Mandata eius grauia non sunt. Scd̄a causa fugiendi malū opus est. ꝙ ipsum est vile et immundū. Unde in auctoritate superius allegata dicitur: In operibus duris luti et lateris. Ideo Hiere. ij. per increpationem dicitur anime peccatrici. qm̄ vilis facta es nimis. Et ei congruit illud Sapien̄. xv. Luto vilior facta est vita ei⁹ Et qꝛ pctm̄ est immundum ideo maculat aiam. Sicut voce dn̄ica dicitur. Ysaie. ij. Maculata es iniqtate tua corā me. Nec mirū si peccatum est immūdū et maculat

quia ipsum est, quasi sputum dyaboli. Ipse nanq; cuz sit totus inquinatus et immūdus peccatū quasi quā-dam im mundiciā ex se proijcit vel emittit quādo sug-gerit homini vt peccet. homo vero maculatur qn̄ ei con-sentit et hoc opere pficit qd̄ dyabolus ei suggessit. Dic est ꝙ peccator fetet non solū coram deo sed corā ange-lis et sanctis eius. Exemplū. Quod patet in exēplo qd̄ legit̄ in vitaspatrū videlicet ꝙ quidā senex ambula uit per viam comitāte angelo in specie humana. Et cuz inuenissent quoddā cadauer putridūz in via. senex ille obstruxit nares sed angelus nō obstruxit. Postea ob-uiauit eis quidā iuuenis decorus et ornatus et tūc an-gelus obstruxit nares suas. Interrogatus aūt angelus a sene de hoc mirante. Respondit ꝙ illud cadauer non fetebat coram eo in quo nullū malū erat: sed ille iuue-nis. quia peccator erat idcirco fetebat corā eo. Nec mirū si angelus talem fetorem sensit cū de beata virgine ka-therina de senis dicat̄ in legenda sua ꝙ quadam vice loquebatur cū ea et magnā honestatē foris tam in acti-bus ꝙ̄ in vestibus ostendebat. Sed katherina semper ab ea faciem auertit. sic ꝙ illa mulier faciem eius ex op-posito videre non potuit. Quod cū cōfessor dicte virgi-nis qui presens erat videns et āmiraretur inquisiuit di-ligenter de conuersatione dicte mulieris et cōparit ipaz fuisse cōcubinam cuiusdā prelati. Et cū hoc postmodū eidem virgini diceret ipsa respondit. Si vos sensissetis fetorem quē ego sensi dum loquebatur mihi. vos vo-mitū fecissetis. Per oppositum opus bonū est honestū et gloriosuz. nam per ipm seruitur deo cui seruire regna re est. Unde sancta Agatha bene dixit. Summa genui tas in christi seruitute comprobatur. Ideo prouerbioꝝ vltimo de forti muliere dicitur. Laudant eam in portis opera eius. Et Eccl'i. xiiij. dicitur. Omne opus electuz iustificabitur. Et qui operatur illud honorabitur in

illo. Et ad Romanos secundo dicitur. Gloria honor et pax omni operanti bonum. Opus ergo bonū ornat aiam et redolet corā deo et sanctis eius vt de ipsa possit dici illud Canti. iiij. Odor vestimemtorum tuorum sicut odor thuris. Tertia causa fugiendi opus malum est ꝙ ipsum est inutile et infructuosum. Unde de male operantibus dicit᷑ Sapieñ. iij. Vacua est spes illorum et labores sine fructu. Et ysa. lix. dicit᷑. Telas aranee texuerunt. et sequitur post opera eorū opera inutilia. Et Hiere. li. dicitur. Vana sunt opera eorum et risu digna. Ideo bene consulit Apostolus ad Ephe. v. dicēs. Nolite cōmunicare infructuosis operibus tenebrarū. Exēplum. Hanc infructuositatē operū malorum habuit Barlaam pre oculis de quo legitur in legenda eius. et Iosaphat ꝙ Iosaphat filius regis in die interrogauit eum dicens. Dic mihi pater quot annos habes. At ille Annorū sum quadragintaquinq;. Ad quē Iosephat ait. Amplius mihi appares ꝙ. lxx. annorū. Et ille si a natiuitate mea annos vis dicere bene estimasti. Sed nullo modo a me in mensura vite anni sunt qui in vanitate mundi expensi sunt. Tunc em̄ in interiori homine mortuus eram et annos mortis nunꝙ vite nomiabo. secūdum hunc sensum dicitur primo. Reg. xiij. ꝙ Saul duobus annis regnauerit de quo tamen dicit᷑ in historia scolastica ꝙ circa. xx. annos regnauerit. scilicet a die vnctionis vsq; ad diem mortis sue. Sed solum duobus annis regnasse dicitur scilicet quibus bonus fuit. et obediens deo. sed alijs annis plus tyrannisasse dicitur ꝙ regnasse dici pōt. Per oppositū vero opus bonū fructuosum est et vtile quia per ipm ad salutem pertingitur. Ideo ad phil. ij. dicit᷑. Cum metu et timore et tremore salutē vestrā opamini scz bonū opādo. Et puer. xij. dr̄. Qui opat᷑ terrā suā saturabit᷑ panib᷒. Itē. xiiij. In omni tēpore bono habūdātia. Et eccl. . xx. dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

Qui operatur terram suam inaltabit aceruum frugum:
Quarta causa fugiendi malū opus est ꝙ ipsum est
4 sine quiete quā tn̄ naturaliter homo desiderat. Tollit
em̄ opus malum quietē ab aīa et eaꝫ quiescere non per
mittit: et trahit ī hac vita de malo in peius. Et post hāc
vitam trahit ad penam. In hac vita nō habet peccator
quietē a malo culpe. et in vita futura non habebit quie
tem a malo pene. Hic non cessat malū agere et ibi non
cessabit malum sustinere. Ideo Hiere. xvi. dicitur. Ser-
uietis dijs alienis die ac nocte qui non dabunt vobis
requiem. Et psal. dicit. Et laborabit ineternū. scꝫ agen
do vel patiendo et viuet adhuc in fineꝫ. Ve misero qui
siue agēdo siue patiēdo letificat demones et seruit eis
et nunꝙ quiescit. Unde cum dyabolus nunꝙ quiescat
a malo ꝙtum in ipso est sic et suos quos ad peccatum
trahit nunꝙ quiescere permittit. quia preter hoc qd̄ re-
morsū conscientie intus amaritudinem habent. nec in
deo nec in seipis nec in alijs creaturis quietem habent
etiam eos impugnat et infestat et ad peiora prouocat.
Nec aliquis sibi fiduciā aut securitatem promittit. quā
diu sic ab hoste suo vexat̄. Nam et cedri libani conti-
nuis ictibus deijciuntur. propter quod Aug⁹. dicit ꝙ
nouerit illos cecidisse de quibus minus putasset ꝙ de
Ambro. et Hiero. De hoc in libro qui dicit̄ paradisus
heraclidis tale ponitur. Exemplū. Erat quidā mo-
nachus Ptholomeus nomine qui quidecim annis in
maximo vixit rigore. Cui tn̄ dyabolus immisit nullaꝫ
esse prouidentiaꝫ dei. sed omīa suis motib⁹ fieri. et sic
dubitare cepit de mercede futura. Qui tandem a dybo
lo superatus desertū deseruit et in publicū procedens.
voracitati et ebrietati se totum commisit. Et factus fuit
miserandū spectaculū christianorū ridiculū paganorū
offendiculū dei. instrumentū dyaboli et cibus ignis in
ferni. Per oppositū opus bonū breue est et terminabi-

tur ad quietē sine termino. Vñ Apo. xiiij. de bene ope
rantibus: dicit. Ammodo iā dicit spūs vt requiescant a
laboribus suis opera eīm illorꝝ sequuntur illos scʒ non
ad laborē habendū sed mercedeʒ recipiendā. Sic eccli.
vlti. dicit. Uidete oculis vestris quia modicū labora-
ui et inueni mihi requiē multam. Idcirco scōm dictum
Hiero. Nullū tēpus longum nullus labor durus vide
ri debet. quo eternitatis gloria acqrit vbi. scʒ ē perfecta
et perpetua requies. Quam nobis concedat misericors
deus benedictus in seculorū secula. Amen.

Sermo quadragesimussextus.

q Uartus gradus in scala pctōrum qua ad infer-
num descēditur ē mala consuetudo que ex ope-
ratione sequit per hoc ꝙ vnū peccatū semel cōmissum
trahit ad aliud simile perpetranduʒ. Et hec grauior est
ꝙ simplex operatio. Ipsa nanqʒ nō fit nisi ex operatiōe
frequēter iterata sunt aūt multa mala in mala cōsuetu-
dine ꝓpter que merito debemus petere et dicere. Libe-
ra nos a malo scʒ consuetudinis. Primū est corruptio
nature et mala inclinatio eius. Ipsa nanqʒ consuetudo
sic inclinat naturā vt natura deficiat et consuetudo pre
ualeat. Ideo Aristo. ij. Ethicorꝝ. dicit cōsuetudo est q̄si
altera natura. Et Aug⁹. libro de musica dicit. Consue
tudo quasi scda fabricata est natura. Hinc est ꝙ vix pōt
hō etiaʒ cū magna difficultate cōsueta relinquere. Vñ
Seneca in quadā epistola dicit. Grauissimū est iperiuʒ
consuetudinis. Et Aug. sup psal. dicit vincere cōsuetu
dinem est dura pugna. Et ysidorus libro soliloquiorū
dicit. Difficile ē peccati ꝯsuetudinē vincere prauus vsqʒ
vix abolet assidua cōsuetudo viciū in naturā cōuertit a
nimus sceleribus astrictus vel assuetus vix ab eis di-
uelli potest. Ideo ꝓuer. xxij. dicit. Prouerbiū est adole
scens iuxta viā suam etiā euʒ senuerit nō recedet ab ea
Et Hiere. xiij. dicit. Si mutare potest ethiopes pellem

Ex mala cōsuetudine
multa mala oriunt(ur)

ſuam et pardus varietates ſuas ſic poteritis bene face
re cū didiceritis malū. Exemplū. Vñ de alexandro
magno dicit Beda in de tēplo Salomonis Grecana r
rat hiſtoria. Alexandrū potentiſſimū regez orbiſq̧ do
minatorē et in moribus et in inceſſu non potuiſſe carere
vicijs q̄bus paruulus fuerat ībutus. Cauſā hm̄ōi dicit
Baſilius in regula ſua qm̄. ſcz mos longo tēpore cōfir
matus vim q̄ ām̄odo obtinet nature. Idcirco vt idē dt
Nō paruus ē labor vt ſe aliquis a priori nō bona cōſue
tudine reflectat et reuocet. Bene ergo dicit Aug. Dum
conſuetudini nō reſiſtit̄ fit neceſſitas. Vñ cōſueti in ma
lis quādo dicit̄ eis vt dimittant cōſuetudinez malā ſo
lent dicere non poſſumus. Scd̄m malū eſt excecatio rō
nis vt homo non iudicet malū eſſe malū aut eſſe tantū
malū q̄tum eſt et ſic homo vult excuſare ſuū vicium in
toto vel in parte ad excuſandas excuſationes in pctīs.
quia mentit̄ iniquitas ſibi. Non em̄ conſuetudo mala
minuit vicia que ex cōſuetudine fiunt. Sicut bona con
ſuetudo nō minuit bona opera q̄ fiunt per cōſuetudinē
de hm̄ōi excecatione dicit Aug⁹. in euchiridimo. Pctā
q̄uis magna et horrenda cū in cōſuetudinez venerint
aut parua aut nulla eſſe credunt̄ vſq̧ adeo vt non ſoluz
non occultanda verū etiā predicanda diffamandaq̧ vi
deant̄. Item idem in quodam ſermone. Nolite fratres
mei cōtemnere in quib⁹ forte cōſuetudinē iam feciſtis:
Omne em̄ peccatū vileſcit et fit homini quaſi nullū ſit
Vū nō vileſcit homini pctm̄ quaſi vile appareat ei ſed
quaſi nullius ſit reputationis aut pōderis. Nā qñ de⁹
diu ſuſtinet et non vlciſcit̄ tunc tanto minus pōderatur
pctm̄. Sed timeāt tales quibus tāto grauiorē vltionez
deus faciet. quāto maiorē patientiā plongauit. vt dt.
Grego. De quo etiā tale Exēplū. In. iiij. dyalo. In
prouincia valerie quedā curialis iuuencula in ſabbato
paſchali de fōte ſuſcepit et ſecū illa nocte manere voluit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

eademq̄ʒ nocte impudice perdidit. Qui die pasche bal neo se lauās ad ecclesiā cuʒ timore processit quia pudo re se absentare nō audebat. Et cū die illa nulla sup eaʒ vltio diuina facta esset scđa die minus timuit. factū ē vt per sex dies cōtinuos letus ac securus ꝓcederet esti mans ꝙ scelus eius dn̄s aut non vidisset aut visuʒ mi sericorditer dimisisset die autē septimo subita morte de functus est. Cumq̄ʒ sepulture traditus fuisset per longū tempus cūctis videntibus: de sepulchro ipsius flāma exijt tam diu ossa eius cōcremauit quousq̄ʒ omne sepul chrum cōsumeret. Tertiū malum consuetudinis est ꝙ consuetudo mala trahit de malo in peius quousq̄ʒ du cat in fineʒ pessimū. Nā ex quo excecat pctōrem vt dictū est. sequit̄ ꝙ non pōderando pctm̄ cōmissum nō multū curat cauere pctm̄ cōmittendū. Hoc nanq̄ʒ generale est in pctis ꝙ peccatū ꝯmissum est preparamentū et quasi via ad aliud peccatum cōmittendum. Vn̄ pctā sibimet quodāmodo coherēt: sicut kathena ex diuersis circulis sese cōplectentibus fabricata. Peccatū enim cōmissum et per cōsuetudinē frequenter iteratū facit hoīem quasi inclinatū et pronū ad peccandū et excludit diuinū auxi lium qđ posset homo resistere. paratam dyabolo viam vt liberū habeat accessum et ingressum. De hmōi cohe rentia peccatorū dicit̄ Ysa. v. Ve qui trahitis iniquita tem in funiculis vanitatis. et quasi vinculum plaustri peccatū. Super quo dicit Glo. Merito iniquitas in fu niculis vanitatis trahitur quia peccata peccatis connec tuntur. Et inania sunt vt fila aranearū. Sed si exire vo lumus tanq̄ filis solidissimis teneamur: Hec glosa. Quartū malum est ꝙ consuetudo mala sepelit hoīem in peccatis et lapidē grauem superponit ne surgere va leat. Vn̄ Aug. sup Math. dicit moles īposita seplchro ipa est vis dura ꝯsuetudis qua premit̄ aīa nec resurgere nec aspirare ꝑmittit̄. de hoc etiā dt Gre. i moral. sepe nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

nulli a prauis actibus exire cupiũt sed q: eo℞ pondere premunť in male cõsuetudinis carcere a semetipis exire non possunt. Idcirco Aug. in quadã omelia loquens de tribus mortuis quos dñs legitur suscitasse dicit ꝙ per lazarũ sepultũ sub lapide fetentẽ et ligatũ intelligiť peccator qui peccatũ in cõsuetudinẽ duxit. Circa quaz consideratiõẽ possumus quatuor cõsiderare de cõsuetudine peccandi. et hoc per comparatiõẽ ad lazarum. Primũ est ꝙ talis peccator sepultus ẽ. Non eñ solum est mortuus in domo ꝑ cõsensum nec solũ eductus foras per extrinsecã opatiõẽ sed etiã sepultus per inueteratã consuetudinẽ malã. Sic aĩa diuitis epulonis que hic sepulta fuit in vicijs per consuetudinem post mortẽ etiã fuit sepulta in inferno per dãnationem. De hmõi mortuis dicit̃. Mat. viij. Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuus ei sepelit mortuũ quãdo vnus peccator trahit aliũ ad malã cõsuetudinẽ. Secundũ est ꝙ habet lapidẽ superpositũ. quia cõsuetudo tanꝙ grauissima moles deprimit hominem nec sinit eum surgere hoc sensit psal'. dicens. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meũ et sicut onus graue grauate sunt sup me: Ad istud onus augẽdũ et aggrauandũ mittit et inducit dyabolus hões dicens sicut Pharao dixit filijs israhel. Ite ad opera vestra. Exo. v. Tertiũ ẽ ꝙ fetet. Nec mirũ est q: imundus est: Ipse nanꝙ ꝑ opatiõẽ malã cecidit in lutũ sed per consuetudinẽ voluit et reuoluit se vt nõ solũ sordeat: sed et fetet. Ideo de eo põt dici. fetet q: quamdiuã? est id est multotiens peccauit. Quartũ est ꝙ habet manus et pedes ligatos institis. Per cõsuetudinẽ eñ ligat̃ homo peccator vt nec afficiatur ad bonũ ne operet̃ bonũ. habet eñ dyabolus eum compenditum et ligatum manibus et pedibus male cõsuetudinis fortissimis ligaturis propter quod apostolus scribit. ij. ad Thimo. scdo

Resipiscant a laqueis dyaboli a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatē. Caueat ergo quilibet homo consuetudinē peccandi et si iam in ea detinent͛ respiscat et reuertat͛ ad dn̄m qui disrumpit vincula dyaboli dūmodo tn̄ anīa non reluctetur dn̄o quasi voles manere sub laqueo. Qd̄ heu multi faciunt qui scȝ non solū se ligari permittunt sed nec dissolui volunt ymo per consuetndinē malam se fortius illigant et illaqueant. Sed indubitanter qui tales sunt. i. qui consuetudinē malam dimittere nolunt sed fortiter amplectunt͛. Primo offendunt deum grauiter sic ꝙ cū magna difficultate placari pōt Quod patuit in figura de lazaro vbi mediator noster Iesus xp̄s magnam difficultatem ostēdit in suscitando. nam lacrimatus fuit oculos in celū ad patreȝ erexit et magno clamore ip̄m euocauit quoꝝ nullū xp̄s fecit in suscitatione alioꝝ quos a morte resuscitauit. Nec mirum quia per consuetudineȝ malā natura quā deus cōdidit corrumpit͛. inspiratio dei cōtemnit͛. cōsciencie remorsus non curatur. et timor dei tollitur. Itē nocent ꝓximo qui cū offendūt vel scandalizant maluȝ exemplū dant publice peccare non erubescūt. et sic alios ad pctā trahunt. Item valde cōfortant dyabolū et tenaciter adherere sibi faciūt. difficulter em̄ dyabolus dimittit locū quē per longā consuetudinem diu possedit domū quā diu inhabitauit et vas quo diu iam vsus est ad suum libitū. In signū huius discipuli non poterāt eijcere demoniū quod ab infantia possiderat hominē vt dicitur. Mar. ix. Item seipsos inhabiles faciunt ad purgationē a peccatis. Sicut ferrū diu rubigine corrosum vix potest purgari a rubigine. Et arbor q̄ longo tēpore incuruata est increscendo vix potest rectificari. Et infirmitas inueterata vix potest curari. languor em̄ prolixior grauat medicū breuē languorē precidit medicus. vt dicit͛ Eccl. x. Ideo ibidē bene cōsulit͛. Ante langorē adhibe

medicinā. Si quis tñ in malam cōsuetudinē deuenit non desperet sed petat dñm dicens. Libera me a malo Nā sicut dñs lazarū sepultum suscitauit corporaliter sic potest et ipsum hominem suscitare spiritualiter. Unde Eze. xxxvij. voce dñica dicitur. Aperiam tumulos vestros et educā vos de sepulchris vestris et scietis: quia ego dominus cū aperuero sepulchra vestra et eduxero vos de tumulis vestris populus meus dedero spiritū meū in vobis et vixeritis. Que verba licet ad litteram possunt intelligi de generali corporum resuscitatione tñ conuenienter de spirituali aiarū resuscitatione intelligūtur que sepulte fuerunt sub lapide cōsuetudinis. Nec solum debet homo petere dñm vt liberet eū sed etiā reluctari consuetudini male. Unde Aug. in quodā sermone vbi docet cauere cōsuetudinē iurandi dicit. Laborare debetis et cōfringere aduersus cōsuetudinem vestram malā. Malam malā et valde malam et tollere iurationem de oribus vestris. Et ipse ponit exemplū de seipo dicens. Scio graue esse consuetudini vestre sed et graue fuit consuetudini nostre. Timendo deū abstulimus et iurationē de ore nostro. Ecce vobiscum viuimus quis nos aliquādo audiuit iurantes. Nūquid dño consueueram aliquādo iurare: ac vbi legi timui. et luctatus sum contra consuetudinē meam. In ipsa luctatione inuocaui dñm adiutorem. Prestitit mihi dñs adiutorium nō iurandi. nihil mihi facilius est ꝙ nō iurare. Hec Aug.

Vrba Iudic Iudicii

Exemplū. De mala cōsuetudine ꝙ periculosa et grauis sit in monasterijs. beatus Cirillus hierosolimorū epūs scribit in quadā epistola ad beatum Augustinū dicens ꝙ apud superiorem thebaydem fuit quoddam monasteriū monialiū continue reclusarum in quo erant bene ducente domine honeste religionis et multarum virtutū. hoc solum excepto ꝙ instruēte dyabolo hec ibidem seruabat abusio vt nullā in monialē reciperet nisi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

certa summa pecunie secum iret. Erat aūt inter eas vna etate grandeua deo deuote seruiens que sola hoc viciū abhorrebat. Quadā igitur nocte sanctus Hieronimus apparuit ei oranti precipiens vt conuocatis abatissa ac monialib⁹ diceret eis. ꝙ ab inueterato vicio cessarēt ali as diuinā vltionē cito expectarent. Que summo dilucu lo pulsans tintinabulū oīs fecit in capitulo cōuenire. et surgens ea que viderat et audierat omibus patefecit Statim moniales eam cū irrisione clamabant fatuā et hec ebrietate nimia somniasse. Deinde transactis decez diebus iteruz btūs Hieronim⁹ dicte moniali apparuit vt prius et dicens se Hieronimū esse. sed cum pulsata nola conuentus cōuenisset. et illa surgeret anteꝙ̄ verba inciperet. oīs cum cachinnatione magna recesserunt. Deinde iterū post tres dies beatus Hieronimus eidē apparuit precipiens vt recederet de monasterio. Ipsa tamen petente permisit beatus Hieronimus. vt adhuc cōuentui diceret vt prius et statim discederet. Quod cuz illa facere vellet et cōuentum cōuocasset vt prius. abba tissa irata precepit eam de monasterio expelli et si vellet desistere ab inceptis reciperetur. Cum igitur dicta mo-nialis dolens et flens monasterium exisset et vix limen hostij transisset totum illud monasterium subito cor-ruit et omnes moniales oppressit. Abijciamus igitur malā consuetudinē ne diuina misericordia nos peccā-tes diu tolerans grauem vltionem siue in presenti siue in futuro nobis inferat. Adiuuante nos saluatore nr̄o Hiesu xp̄o qui est benedictus in secula. Amen.

Sermo quadrāgesimusseptimus.

q Uintus gradus in scala pctōꝝ qua descendit̄ in infernū ē induratio siue obstinatio q̄ est vnuz de pctīs in spiritū sanctū. qꝛ bonitati diuine resistit et repu gnat Hec induratio vel obstinatio frequenter generatu ex mala consuetudine. Nam qui per malam cōsuetudi-nem inueteratus est malo sic indurat̄ ꝙ siue minis siue

Ex obstinatia 4 mala

blandicijs tangatur vt se emendet non magis cedit quam lapis cedit digito. Unde increpationes nõ admittit minis nõ mouetur: vindictã non timet. promissiones bonorũ presentiũ vel futurorũ contẽnit. Ab isto malo debemus quotidie petere liberationẽ ne scz induceremur in malo. aut si indurati sumus deus emolliat cor nostrũ. Sunt aũt quatuor mala que obstinatio vel induratio facit homini: Primũ est quod hominẽ facit esse dyabolicũ. Dyabolus eñ in sua malicia sic obstinatus est quod nec vult nec potest inflecti vel molliri aut imutari: vñ de ipso voce dñica dicitur. Cor ei⁹ indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus. Job. xli. Et bene cõparatur lapidi et incudi quia lapis nõ potest molliri vel liquefieri. sic nec dyabolus vult molliri per penitentiaz siue dolorem de peccatis suis. Incus et quantumcũque feriatur non mollescit sed magis cõstringitur. Sic dyabol⁹ quantuis grauissimas penas tollerat non tamen cessat sed magis inardescit peccare. Unde ibidẽ subditur quasi stipulã estimabit malleum. Ac si dicatur nõ plus potest malleus penarũ in ipso agere ad emẽdationẽ quam stipula in lapide vel ferro. Caueat igitur homo hoc peccatum dyabolicũ ne secũ condẽnetur. Secundũ malũ est quod facit hominẽ resistere spirituisancto qui sua dulci inspiratione hominẽ vult moueri a malo ad bonũ. Idcirco beatus Stephanus per increpationez dixit iudeis dura ceruice et incircũcisis cordibus et aurib⁹: Uos semper spirituisancto restitistis vt dr Actuũ. vij. Et intelliguntur hec et similia verba non de duricia ceruicis corporalis sed interioris. Sic per duram ceruicez intelligitur inflexibilis et indurata volũtas. Tertiũ malũ est quod facit hoiem dei mandata cõtemnere deoque rebellẽ et inobedientẽ esse. Uñ hiere. xix. dr. Indurauerũt ceruicem suã et non audiuerũt sermones meos. Et. iiij. Re. xvij dicitur. Indurauerũt ceruicẽ suã: iuxta ceruicem patrum

suorũ qui noluerũt obedire dño deo suo. Idcirco dñs dixit Moysi. Cerno ꝙ ppl's iste dure ceruicis sit Exo. xxxij. et hoc idcirco quia noluerunt obedire dnõ. Et p Ysa. dixit. Audite me duro corde qui longe estis a iusticia Ysa. xlvi. Audite me scꝫ pcepta mea recipiẽdo et ea perficiẽdo Sed quia nõ audierũt. ideo p eũdẽ pphetam dr Durus es tu et neruus ferreus ceruix tua et frõs tua erea transgressorem de vẽtre vocaui te Ysa. xlviij. Quartũ malũ ẽ ꝙ obstinatio ad malũ finem perducit Scriptũ est em̃ puer. xxviij. Qui mẽtis est dure corruet in malum. Et Eccl'. iij. Cor durũ male habebit in nouissimo. Nam scundum duriciã cordis erunt tormentã dura. Istis malis consideratis fugiamus obstinationem tanꝙ dyabolicũ venenũ et psideremus patientiã dei nostri expectantis vt ad eũ reuertamus ne de nobis dicaẽ illud Iere. v. Indurauerunt facies suas supra petrã et noluerunt reuerti. Ideo Grego. in quadã omelia dulciter hortaẽ nos dicens Pensate fratres carissimi quia conclusit dei pietas duriciã vestrã non est iam qđ excusationis homo inueniat deus despiciẽ et expectat contemni se videt: et reuocat. Sed nemo hanc eius longanimitatem negligat quia tanto districtiorem in iudicio iusticiã exigit ꝙto longiorẽ patientiaꝫ ante iudicium plongauit. Sequitur post. Nã quos diu vt cõuertenẽ tollerat nõ cõuersos durius dãnat. Hec Grego: Nec desperet homo desperatꝰ quia dñs per Ezechielẽ dicit. Auferã cor lapideũ de carne eorũ et dabo eis cor carneũ. Eze. xi. Simile sed in persona secunda dicitur. Ezechiel'. xxxvi. Auferam cor lapideũ de carne vestra et dabo vobis etc̃. Potẽs est em̃ deus vt ait Btũs Iobaptista de lapidibus suscitare filios abrahe vt dicitur Mat. iij. et Lu. iij: Sic sanctus Iob in persona pctõrũ dixit deus molliuit cor meũ Iob. xxiij. Deus aũt quatuor modis mollit cor durũ. Primo scꝫ per incussionẽ

pro ssr' peccatoris

ezech.

no. 4 mollificat cordis dur

timoris dñi. Vñ Grego. dicit ꝙ ex diuino munere cor molle dicit̃: qꝛ supni iudicij timore penetrat̃. Jõ psal̃: petijt dicẽs. Cõfige timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui. De hoc in libro. de apibus tale poni-tur. Exẽplum In anglia predicãte quodã bono et sãcto viro quedã mulier peccatrix amarissime otrita et timore dei percussa cuꝫ lacrimis exclamauit. Miserere mei serue dei audi me miseram: et absolue a peccatis. Tunc ille vt potuit eã cõpescuit et vsqꝫ post sermonẽ ex-pectare precepit. Quid plura iterꝫ post paululũ cuꝫ cla-more surrexit et petijt mox audiri. Sed cũ sacerdos sta-tim sermonẽ finiendũ ꝓmitteret illaqꝫ paruꝫ quiesceret surrexit tertio et clamãs horrifice cecidit in faciẽ eius et expirauit. Turbatus ergo p̄dicator rogauit om̃s cũ la-crimis orare dñm vt alicui quid factũ esset de aĩa pecca tricis ostẽderet. Interim vero idẽ predicator clausus in cellula per tres dies nec dormiuit nec quicꝙ̃ gustauit. ſ; in oroñe ꝑmansit. tertia ergo nocte aĩa defuncte lucidi-or sole apparuit orãti dicẽs. Assum aĩa ꝓ qua oras ab omni pena soluta sum nihil restat nisi statim ad supe-ros euolare. Et cũ ille hesitaret dixit aĩa hoc signũ tibi ꝙ nõ deciperis. Quidã magister Johãnes in partibꝰ brabãtie in monasterio de ogines leodiñ. dyoc̃. hac ho ra obijt. Et sicut in vita semꝑ circa afflictos et pauperes pius fuit ita et nunc cũ post mortẽ ante locũ purgatorij in quo cũ innumerabili multitudine detinebat eius fe-lix aĩa ab angelis deferret̃ et ibideꝫ multos recognosceret quorꝫ auctor salutis extiterat pietate cõmotus pro eis dñm exorauit. Et exauditus est nõ tm̃ pro illis pro qui bus orauerat sed ꝓ multis cũ quibus et ego pariter li-berata suꝫ. Et his dictis ab oculis eius euanuit. Ipse vero nuncio directo eadẽ die et hora beatũ virũ migras se cognouit. Secũdo mollit cor durũ deus per aliquod signuꝫ exterius ostensum. Sic corda infideliũ sapis du

riora visis miraculis xpi et discipulorum eius ac aliorum seruorum dei mollita fuerunt et conuersa. Exemplum. Unde et Cesarius scribit quod Alardus monachus in hesterbach habebat matertera nomine Juttam satis leuem et lasciuam sed tamen corpore castam. hec cum quadam die cum sororibus luderet germanus eius magne grauitatis clericus affuit dolensque de leuitate sororis silicem solidissimum tulit et ait Prius scandetur lapis iste in manu mea quam soror mea. Jutta stabilis fiet et monialis. designans eius durum: et inconuertibile cor ad deum. Sed deus ostendit quod de lapidibus potest facere filios Abrahe quia silex mox inscandebatur in manu eius. Quod iutta videns seculo vale dixit et monasterium sanctimonialium intrauit. Tertio mollit deus cor durum per flagellum et extrinsecam castigationem. Ipse nam que adversitatibus quandoque tangit obstinatos et emollit eos. In signum huius Moyses percussit petram et effluxerunt aque. vt dicitur Exo. xvij. et Numerorum. xx. de hac dixit psal. Percussit petram et fluxerunt aque. Item interrupit petram in heremo et adaquauit eos velut in abysso multa et eduxit aquam de petra etc. Sic fuit de manasse qui monitionibus prophetarum non acquiescens tanquam induratus multis et grauissimis peccatis irritauit deum intantum vt plateas hierusalem rubricaret cum sanguine prophetarum. Unde de eo sicut dicitur. ij. Paral. xxxiij. Manasses seduxit Judam et habitatores hierusalem vt faceret malum super omnes gentes quas subuerterat dominus a facie filiorum israhel. Locutusque est dominus ad eum et populum illius et attendere noluerunt idcirco superinduxit eis principes et exercitus regis assyriorum ceperuntque manassem et vinctum cathenis atque compedibus duxerunt babilonem. Qui postquam coangustatus est orauit dominum deum suum et egit penitentiam valde coram deo patrum suorum deprecatusque est eum et obsecrauit intente et exaudiuit orationem eius reduxitque eum in monasses!

hierusalem in regnū suum. Et cognouit Manasses ꝙ dn̄s ipse ē deus hec ibi. Exēplum. Et de presbitero Cassij episcopi naruiensis licet nō fuerit obstinatus in malo tn̄ quia mandato dn̄i semel et iterū non obediuit sic scribit Grego. in quadā omelia ꝙ dn̄s tertia nocte si bi apparens verbis addidit verbera et tam districta ce-de mactatus est vt in eo duriciam cordis emolliret vul nera corporis. Sed heu quidā flagellant a dn̄o sed pa rum aut nihil emolliunt. Sic Pharao rex egipti multꝭ flagellis tactus duriciā cordis non deposuit sed tandē cū exercitu suo descendit in profundū quasi lapis. Et merito descendit quasi lapis qui tanꝙ lapis induratꝰ fuit. Exēplū. Noui et ego quendā Johannē bar-devvyck noīe minus deū timentez. qui quadā nocte lu dens ad taxillos et perdēs pessima verba euomuit. Et furibundus surgēs et stans in ianua domus vidit a fo ris quendā horribilē venientē et percutientientē eū gra uissime in faciē. Qui retro cecidit tanꝙ iumētū et amis so sensu grauissime torquebatur in lingua sua sic ꝙ illa tantū creuit et inspissabatur in ore suo vt eā emittere nō posset ꝙtūcunqȝ hiaret. Tandem alijs pro eo orātibꝰ et vota vouētibus post triduū cōualuit. Sed audi mi-rabile. Nam postea interrogatus de illo quod sibi con tigerat ait quasi subsanando. Quid factū est. Si prius consueui parum iurare āmodo iurabo multū. Quarto deus mollit cor durū per āmonitionē aliquā intrinse-cam aut extrinsecā. De āmonitione intrinseca satis pa tuit in Maria magdalena que in pctīs obstinata cū in-trinsecus tangeret fecit ac si dixisset cū ꝓpheta. Audiaȝ quid loquatur in me dn̄s meus. Et venit ad dn̄m et sic emollita fuit vt lacrimis suis rigaret pedes dn̄i vt dicit Lu. vij. Exemplū. Similiter in libro de apibus le-gitur de magistro Johanne de niuella ꝙ cum agoniza ret vicinus morti eo vespe quo de nocte defunctus fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.30

quidã vir vagus et nudus ex his quos ribaldos dici-
mus interius tact⁹ et mot⁹ venit ad domũ in qua vir dei
decumbebat petens cõfiteri sãcto viro. Sed mĩsum fuit
ꝙ nõ posset. Jllo vero cũ dolore recedente quedã ex cir
cũsedẽtibus vir scũs ad vocabat. dicens. Reducite illũ
ad me quẽ reppulistis. Quo audito mirati et ↄfusi oẽs
hominem illũ reduxerunt. Qui cum õni diligẽtia cõfes
sione fcã et absolutione recepta discessit. Tũc dixit btũs
vir. Nollẽ ꝑ mille marcis me hominem illũ nõ audisse
Et vide quo fctũ. Vix eni per quartã partẽ discesserat
a domo. et ecce repẽtina morte ꝑcussus cecidit mortu⁹.
Jste fuit idem magister Johãnes de quo supradixi. ꝙ
aĩm peccatricis liberauit a purgatorio. De ãmonitiõe
nõ solũ intrinseca sed etiã extrinseca legi exẽplũ satꝭ ter
ribile. Tẽpore nancꝫ Ottonis imperatoris in famo
sa ciuitate saxonie que partinopol. dicitur vulgaritercꝫ
meydeburch appellat̃. fuit quidã scolaris rudis inge-
nij Hudo nomine qui quadã die dolẽs de verberibus
que ob ruditatẽ sustinuit freq̃ter. intrãs eccl esiam o-
rauit corã quodam altari cuꝫ lacrimis et obdormiuit.
audiuitcꝫ beatam mariã sibi dicentem: ꝙ propter pre-
ces suas esset sibi cõcessa plenitudo sciẽtie. et si bene vte
retur ea esset secũ habiturus gloriam. si vero male tunc
esset sibi ad maiorem dãnationeꝫ. Euigilans igit̃ inue
nit se immutatũ in viruꝫ sapientissimum. ita ꝙ poterat
dicere cũ psal. Super oẽs docentes me intellexi. Quo
diuulgato postmodũ fuit factus archiepiscopus mey-
deburgẽ. Et primo quideꝫ satis bene se rexit. sed pau
latim decidens et defluens ad vicia primo occulte post
ea publice viciosissime vixit intantum ꝙ status ecclesie
sub ipso multũ defecit. Tandeꝫ quidã canonicus orãs
in eccl'ia de nocte vidit corporeis oculis venientem do-
minũ nostrũ cum Maria matre sua et maxima multi-
tudine angeloꝝ et sanctoꝝ et cuꝫ sedissent surrexit btũs

no.

Mauricius patronus ecclesie et totius dioc. et conquerebatur de Hudone archiepo. Et statim precipiente dño allatus fuit de loco suo vbi iacuit cũ quadã abbatissa et data sentẽcia a dño decollatus fuit corã altari. Quo facto tota illa cõgregatio discessit. Eadẽ nocte ostensa fuit capellano suo horribilis dãnatio. vidit enĩ dormiens in cãpis extra ciuitatem aĩam eius pñtari principi cuidã tenebrarũ cui magna multitudo demonũ obtẽperabat. Et cũ ille princeps tenebrarũ aĩam in dolo salutaret et regratiaref de fideli seruitio suo et illa taceret Jussit eam duci ad locuz sibi preparatũ et reduci. Que cum reducere apparuit tota ignea et vidẽs se dãnataz maledixit deo et sanctis eius sibiipi et oĩbus creaturis Cachinnãtibus aũt demonibus et dicẽtibus. Ecce q bene scit causatũ nostrz cuz magno strepitu reducta fuit ad locũ suũ. Mane facto inuentũ fuit cadauer eius iuxta altare. et piectũ extra ciuitatẽ. Sed vbicũqz erat. ibi demones ludebãt cũ cadauere. Tandẽ proiectũ fuit in aquã et oẽs pisces p magnũ spaciũ mouebãf quousqz extactũ ĩ quoddã desertũ fuit deportatũ: Et nota ad ppositũ nostrũ q admonitus fuit etiã ad extra nam tribus noctibus ante hanc dãnationẽ qñ fuit occupatus in ope luxurioso audiuit vocẽ dicentem sibi. Cessa de ludo quia lusisti satis Hudo. Sed ipe obstinatus non curauit. Nos igif hmõi obstinationez fugiamus ne sic a dño iudicemur et dãnemur. Adiuuante nos dño nostro Iesu xpo in seculum benedicto.

Sermo quadragesimusoctauus:

Sextus gradus in scala pctõrum qua descendit in infernũ ẽ desperatio que frequẽter cõsueuit se qui obstinationẽ. Mẽs enĩ obstinata vel indurata peccatis putat impossibile esse vt emolliaf et alteref. et sic incidit in desperationẽ et permanet in peccatis ymo qđ peius est pcedit plus et plus de malo in peius. nõ enĩ

Disperatio

curat emendare peccata q̄ fecit et remanet in eis et ipsa in eo. Nec curat cauere peccata que non fecit et sic facili-ter incidit in ea. Sic Hie. xviij. de quibusdā dicitur dixe runt desperauimus post cogitationes nr̄as ibimus et vnusquisq̧ cogitationē cordis sui praui faciemus. Des peratio ꝙ grauis sit patet ex hoc ꝙ desperans magnaʒ irreuerentiā facit deo et offendit ipsum qꝛ putat deū vl' non posse vel nō velle remittere peccata: Et sic deū esti mat vel impotentē vel maliuolū quorū vtrūq̧ est blas-phemia contra deū. et iō peccm̄ istud cōputat̄ inter pctā in spm̄ sanctū. Vn̄ iudas magis offendit deū desperā do ꝙ prius tradendo vt dicit Hiero. sup psal. Itē istud peccatū valde placet dyabolo facit enīʒ hoīem sibi val de cōformen cū ipse penitus de salute sua desperet. Id circo conat̄ pctōreʒ trahere in desperationē. Vn̄ Criso. dicit. Intellige carissime qꝛ iō dyabolus desperationeʒ subijcit in pctō vt spem nobis abcidat. q̄ est salutis nr̄e anchora. vite nr̄e fundamētū: dux itineris quo itur ad celū. Itē istō peccatū multū nocet homini Alienat enīʒ hoīeʒ qd̄ammō a se. De hoc dicit Gre. in moral. Queʒ desperatio obruit a cordis sui habitaculo foras mittit. et redire introrsus nō valet. quia fusus exterius ad dete riora quotidie impulsus cadit. Etiā hoīem excludit a regno et trahit ad infernuʒ. De hoc dicit Criso. Illius eterne ciuitatis ianuas nobis desperatio claudit. spes aperit. Et ysido. in de summo bono dt̄: Perpetrare fla gicium aliqd̄ mors est aie. sed desperare ē in infernū de-scēdere. Itē idē dt̄. Qui de pctō desperat plus de despe ratiōe ꝙ de pctō cadit. Sunt aūt multe cause despatio nis quas attēdere debem⁹ ne despatiōeʒ causent i nob Prima est q̄titas pctōꝝ cōmissoꝝ in magnitudine et multitudine vn̄ mouet̄ hō ad quēdaʒ timorē inordina tū quo nimis tīet iusticiā dei despans de venia et mīa. Habens em̄ pꝛe oculis q̄titatē pctōrum cōmissoꝝ et cō

causa desperationis

siderans ex vna pte iustu3 iudicē et ex alia parte se fore inutilem opanū. et quasi nihil boni facientē. Estimat se fore cōdemnandū et sic desperat. Sic fuit de Cayn q̄ dixit. Maior est iniq̄tas mea q̄ vt veniā merear. Gen: iiij. Sic etiā Judas propter grauitatē peccati despera uit et perijt qui si nō desperasset ad miam venire potuis set. Unde Aug. li. de vtilitate penitētie dicit. Nemo des peret. Judā pditorē non tam scelus qd̄ cōmissit q̄ in dulgētie despatio fecit penitus interire. Item idē li. de symbolo. Timeat bonus ne pereat p superbiā. et mal9 nō desperet per multā maliciā. Solet et quibusda3 per cōmissum graue pctm̄ quidā pudor intollerabilis ope rante dyabolo ante oculos mētis presentari et in despe rationē trahere. Ideo videt̄ q̄ Achitofel seipm suspen dit: q2 pudor immiscuit se grauitati peccati eius. vt eli citur ex. ij. Regū. xvij. Scd̄a causa est multitudo et magnitudo tēptationū. Dyabolus em̄ tēptans hoiem aut videns cū tēptari. statim suggerit q̄ hoc sic signum dānationis sue et q̄ sit a dn̄o derelictus cu3 tn̄ tēptatio sit signū dilectiōnis dei. q2 qui diligit filium suum con stanter erudit. Prouerbiorum. decimo tercio. Sic deus erudit nos per temptationes. Item tēptatio est signu3 q̄ homo euaserit laqueū dyaboli. dū em̄ aliquis est in carcere vnus solus sufficit eum custodire. Si vero eua serit om̄s insequunt̄ eum. Sic Pharao cū exercitu suo insequebatur hebreos fugientes vt dicit̄. Exodi. xiiij. Unde Grego. dicit q̄ dyabolus illos pulsare negligit quos iure quieto possidere se sentit. Item temptatio ē custodia humilitatis. Sicut Paulus tēptatus fuit ne magnitudo reuelationum extolleret eum vt patet. ij. ad Chor. xij. Tertia causa est frequens casus siue recidi uatio. Sed propter hoc non ē iacendū in peccato p des perationem sed resurgendū totiens quotiens hominē cadere cōtinget. scriptum est em̄ puer. xxiiij. Septies ca det iustus et resurget. Si ergo iustus totiēs cadit. quid

mirum si petõr frequenter cadit. Vñ sicut freq̄ues casus facit eũ aliqualiter pronũ ad lapsum. sic conatus surgẽdi facit eũ faciliter surgere et non permittit eũ desperare

